

Alte Drucke

**PETRI MARTINII || VIRI DOCTISSI-||MI ET PHILOSOPHIAE ||
PROFESSORIS || Rupellæ. || IN || PETRI RAMI
EXCEL-||LENTISSIMI PHILO-||sophi Logicam: || ...**

Ramus, Petrus

Spirae, 1596

VD16 ZV 30872

PETRI RAMI DIALECTICAE LIBER SECVNDVS PETRI MARTINII praelectionibns
illustratus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149915



PETRI RAMI
DIALECTICAE LIBER
SECUNDVS PETRI MAR-
TINI prælectionibus illu-
stratus.

С А Р. I.

Quid iudicium.

A D H U C prima Dialecticæ
artis pars fuit, in Inventio-
ne: pars altera sequitur, in Iu-
dicio. Iudicium, est secunda
pars Logicæ de disponendis
argumētis ad benè Iudicandum: certa enim
dispositionis regulâ unūquodq; iudicatur
unde hæc pars Logicæ, & iudicium & di-
spositio pro eodem dicitur.

Adhuc primæ Dialecticæ.) *Iudicium in
Logica respondet Syntaxi in Grammatica, ut
enim Syntaxis docet coniungere vocabula aptè
ad loquendum: Sic iudicij doctrina docet con-
iungere, id est, disponere argumenta aptè ad
iudicandum. Eadem igitur est doctrina dispo-
sitionis & iudicij: quippe cum è dispositione na-
scatur iudicium. Hinc pars hæc indifferenter
appellata est à Grecis τῶν λόγων & κριτικῶν, à*

H 2

De Axiomatis Affirmatione ac
negatione.

Iudicium, est axiomaticum vel dianoëticum. Axioma est dispositio argumenti cum argumento, qua esse aliquid aut non esse iudicatur. Latine enunciatio, enunciatio, pronuntiatio, pronuntiatio, effatum dicitur. Axioma, est affirmatum aut negatum: affirmatum, quando vinculum eius affirmatur: negatum, quando negatur. Hinc nascitur axiomaticum contradictio, quando idem axioma affirmatur & negatur.

Iudicium est axiomaticum.) Iudicium aliud est primum, aliud secundum. Primum est quod fit solo axioma. Hoc Iudicium Graecis dicitur ἐννοια notitia, vel ὁδὸς intelligentia eorum, iudicante, res per se manifesta quales sunt κοινὰ ἐννοια communes notitia, qua appellantur principia. Sunt enim principia omnes humane scientie; ut nihil fit sine causa, bis binas sunt quatuor: Ignis est callidus: Deus est immortalis: Parentes sunt colendi: Itaque, hoc iudicium nihil ferè aliud est, quam sensus omnis, & maxima ex parte naturale est, artis per exiguum. Hoc igitur primum iudicium axiomaticum dicitur. Secundum iudicium est quod fit multis axiomaticis, ut in Syllogismo & methodo

rhodo patebit. Id Gracè dicitur διαλοια quasi
 discursus rationis. Inde & Dianœticum ap-
 pellatur. Axioma est dispositio argumenti.)
 Exempli gratia homo est animal, homo non est
 Belua, axiomata sunt: hic enim disponitur &
 conjungitur argumentum cum argumento, ut
 in priore exemplo species est cum genere: Dis-
 sentaneum cum Dissentaneo in altero, atq; hac
 dispositione aliquid esse aut non esse iudicatur
 nempe hominem esse animal. Hominem non es-
 se beluam, & hinc jam apparet quemadmo-
 dum à dispositione nascatur iudicium, si quidē
 dispositis isto modo argumentis aliquid esse aut
 non esse declaratur. Qua esse aliquid.) Es-
 se aut non esse hoc loco idem valent atq; verum
 aut falsum. Itaq; axiomata de præterito aut fu-
 turo tempore esse significant aut non esse, quia
 significat verum aut falsum. Hinc apparet a-
 xiomaticum iudicium esse iudicium veri &
 falsi. Caterum Rhetorica figura & exclama-
 tiones, Apostrophe: & cetera nō tollunt axioma-
 ta, sed ornant, & tanquam vestiunt. Itaq; cum
 veritas rerum examinatur detractis figurarū
 ornamentis vnde sententiæ spectandæ sunt, &
 ad Logici axiomatis formam vocandæ.

Enunciatum enunciatio, Pronunciatū.)
 Vocabula hæc Ciceronis, sed ambignè viden-
 tur & Grammaticum sermonem & Logicum
 hoc iudicium significare: Scholasticum verbū

bum hic erat aptius. Propositio : quod tamen etiam ambiguum est & primam partem syllogismi notat. Quare Græcum verbum axioma ut commodis rem explicat & ab auctore retinetur.

Axioma est affirmatum.) Axiomatis distributio duplex sequitur ex communibus ejus affectionibus, una affirmationis & negationis, altera veritatis & falsitatis, quibus duabus rebus ars omnis hujus primi judicis continetur.

Quando vinculum ejus.) Vinculum dicitur id quo junguntur & conjunguntur partes axiomatis, antecedens & consequens, ut in exemplo homo est animal (homo & animal) conjunguntur vinculo verbi (est) quod negabitur sic, Homo non est animal.

Hinc nascitur axiomatum.) contradictio argumentorum generalis fuit antea in contradicentibus. Hic axiomatum specialis est & propria contradictio cujus ars deinceps suis locis tradetur. Porrò nomen contradictionis apud Aristotelem de hac axiomatice contradictione intelligitur.

C A P. 3.

De Vero & Falso

Axioma deinde est verum aut falsum: verum, quando pronuntiat uti res est: falsum contra

contra. Axioma verum, est contingens aut necessarium. Contingens, quando sic verū est, ut aliquando falsum esse possit: ut,

Audentes fortuna iuvat. ———

Fac enim, id esse hodie verum: cras falsū esse poterit: itaq; veritatis hujus contingentis iudicium opinio dicitur: quæ preteritorum & præsentium homini certa esse potest. Futurorum per naturam non admodum potest, quamvis Deo tempora omnia præsentia sint. Itaq; Martialis Priscum. meritò cavillatur:

*Sape rogare soles, qualis sim, Prisce futurus,
Si siam locuples, simq; repente potens.*

Quenquam posse putas mores narrare futuros?

Dic mibi, si fias tu leo, qualis eris?

Necessarium, quando semper verum est nec falsum potest esse: & illud affirmatum appellatur $\forall \pi\alpha\nu\tau\omicron\varsigma$, de omni. Impossibile contra, quod de nullo unquam verum esse potest. Axiomata artium sic $\forall \pi\alpha\nu\tau\omicron\varsigma$ esse debent, sed præterea homogenea & catholica. Axioma homogeneum est, quando partes sunt essentielles inter se: ut forma formato, subjectum proprio adjuncto, genus speciei. Id appellatur $\kappa\alpha\theta' \alpha\nu\tau\omicron$ per se. Axioma catholicum est, quando cōsequēs semper verum est de antecedente, non solum omni per se, sed etiam reciprocè: ut,

homo est animal rationale: numerus est par vel impar: lupo est natus ad ululandum. id appellatur καθόλου πρῶτον universaliter primum. Tres hæ sunt leges documentorum artis propriorum: prima ἡ παντα lex veritatis: secunda καθ' αὐτὸ lex iustitiæ: tertia καθόλου πρῶτον lex sapientiæ dicatur. Atque ejusmodi axiomatum ita catholicorū iudicium verissima & prima scientia est.

Axioma deinde est verum.) *Altera axiomatis distributio est secundæ ejus affectione nempe veritatis & falsitatis rerum: Nam quia res est, aut non est, idcirco vera vel falsa oratio dicitur, ut apud Aristotelem. Ergo axioma verum est, quando res quæ pronuntiatur vera est, id est, si præterierit siue nondum evenierit. Itaque errat Arist. qui axiomata de futuro negat jam vera esse, quia res nondum evenierit: hoc enim modo tollerentur oracula & vaticinia Prophetarum, quæ tollere magna impietas est. Locus Aristos. est in 8. cap. πρὸς ἑρμηνείας.*

Axioma verum contingens.) *Hæc veritatis differentia diligenter tenenda est. Ejusdem ignorantia decepti Philosophi quidam factum induxerunt putantes si quid verum diceretur id protinus esse necessarium, quod falsum est. Est enim quoddam verum contingens & mutabile. Sed de hoc dicitur etiam postea.*

Contingens quando sic verum.) *Hoc vo-*
bulum

bulum Scholasticum est magis quam Latinū, sed usu tritum & approbatum. Significat autem aliquid incertum & mutabile qualia & multa esse & in natura & in vita cōmuni convincit experientia. Neq̄ tamen hæc contingentia tollit providentiam, Deus enim providet & regit contingentiam: ut, providerat Deus ossa Christi non frangenda, qua tamen sua natura erant fragilia. Hujus veritatis contingentis.) Hinc opinio incerta & fluctuans habetur, quod modo vera modo falsa sit: ejusmodi ferè humanū judicium est, quod multo sapius opinione quam scientia ducitur. Itaq̄, multi Philosophi scientiam sustulerunt, quod inter homines opinio sola versetur. At quamvis tanta opinionis vis, tamen est etiam locus aliquis scientia, ut post intelligitur.

Quæ præteritorum.) Arist 4. cap. περὶ ἐπιμνηστικῶν dicit axiomata præteritorū & presentium jam vera esse aut falsa: futurorum non idem, tum quia si vera essent, essent etiam necessaria & fatum sequeretur, tum quia veritas eorum nondum appareat. Verum neutra ratio Aristotelis valet. Primum enim non sequitur: verum est, Ergo necessarium est. Enim verum etiā contingens. Deinde nō si veritas nōdum apparet, idcirco nulla est, Neq̄, si hominibus nondum apparet, nec Deo, cui omnia nota sunt, Quare errat hic Aristoteles ut antea me-

minimus. Quamvis Deo tempora omnia.) Sententia communis est omnium Theologorum. Deo omnia esse presentia. Nam quemadmodum nobis presens est quod videmus, sic Deo omnia sunt presentia, quia omnia videt, quae fuerunt, sunt, & erunt. Attamen haec Dei praevision non tollit temporum discrimina. Praeteritum presens & futurum. Hac enim sunt in essentia & natura temporis, quod successione partium continuatur. Martialis Priscum cavilatur.) Martialis deridet hominum stultitiam de futuris inquirentium. Primum ex dissensu quia sciri non possunt: Deinde ex alia quaestione pariter stulta. Necessarium quando semper.) Haec de contingenti sequitur necessarium cujus modi multi enumerantur ab Aristotele 5. cap. 4. Philosophia, sed duo sunt praecipui, de quibus idem philosophus 8. cap. περὶ ἐξουσιῶσ & cap. 92. Physic. Alterum est necessarium absolute seu simpliciter, alterum ex hypothesi, seu conditione. Hic verò necessarium definitur id quod proprie & praecipue tale est. Id autem est necessarium absolutum & simplex, cujus definitio duabus circumstantiis explicatur. Prima est (Semper verum) quod Aristoteles appellat ἀίδιον aeternum. Secunda est (nunquam falsum) quod idem appellat ἀκίβητος immutabile & οὐκ ἔσθ' ἕτερον ἄλλως ἔχει quod non potest aliter esse. Necessarium

rium igitur verè & propriè dictum tale est. Etiam in scholis alia distinctio, qua necessitas dicitur consequentis, alia consequentia. Sed ea distinctio re ipsa non differt, ab illis duobus modis quos diximus. Necessitas enim consequentis est necessitas absoluta & simplex. Consequentia verò necessitas est ex hypothese seu conditione. Sed de hoc dicitur postea.

Et illud appellatur $\chi\lambda\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\sigma$.) Arist. 4. cap. 1. Posteriorum definit axioma $\chi\lambda\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\sigma$, quod de omni & semper verum est. ut homo est animal. Nā hoc axioma semper verū est & de omni homine. Axioma igitur $\chi\lambda\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\sigma$ est axioma necessarium affirmatum.

Impossibile contra.) Axiomati $\chi\lambda\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\sigma$ opponitur impossibile, quod de nullo & nunquam verum est, ut homo est lapis, id enim de nullo homine & nunquam verum est.

Axiomata artium sic. (Vt axiomatis contingentis iudicium dicitur opinio sic necessarij $\chi\lambda\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\sigma$ iudicium dicitur prima scientia: sed verissima & prime scientia, qualis est in demonstratione & in qualibet arte liberali, axiomata præterea debent esse homogenea & Catholica, ut hoc loco dicemus. Itaq; locus hic rem magnam paucis verbis comprehendit nēpe qualis debeat esse materies tum demonstrationis qua est syllogismus aptus ad scientiam, tum artis componenda, forma autem declara-

bitur suis locis, nempe demonstrationis in syllogismo, artis autem in methodo. Demonstratio vero magnum quiddam visa est Philosophis, ut restantur duo libri Aristotelis de ea rescripti & 15. Galeni, quos desideramus. Sed artium effectio compositioq; maximum opus est totius Logica; qua de re extant Galeni libri de constitutione artis medica, itemq; de arte Poetica. Ergo materies tum demonstrationis. tum artis debet esse tribus notis prædita Ψ $\pi\alpha\nu\delta\sigma$ καὶ αὐτο, καὶ ὄλας πρῶτον, ut Aristoteles loquitur 4. cap. 1. posteriorum, id est, necessaria, Homogenea, Catholica.

Ψ $\pi\alpha\nu\delta\sigma$ Esse debent.) Prima nota Ψ $\pi\alpha\nu\delta\sigma$ significat necessariam veritatem, ut scientie axiomata sunt necessario vera: Itaq; falsis hic locus multus est neg; dubijs & contingētib; quæ aliquando vera esse possunt. Attamen ut plurimum vera sunt, subjectis axiomatis fiunt Ψ $\pi\alpha\nu\delta\sigma$: & sic multa sunt in Grammatica, Physica, Politica, Hinc Arist. ait 2. cap. 6. philosophiæ: Scientiam omnem esse ex veris semper, aut ut plurimum. Ergo per hanc notam rolletur ex scientijs si quid est falsum, idem si quid dubium & contingens, quales sunt controversiæ & opiniones hominum, multaq; sine usu sine experientia, sine observatione & inductione verorum & naturalium exemplorum. Addeatur etiam si quid deest. Et hac est nota

¶ πᾶσι τῶσ. Axioma Homogeneū.) *Secūda nota καὶ ὅτι οὗτο significat ὁμογενεῖου, nempe ut scientia axiomata sint homogenea & cognata tāquam unius corporis membra. Talia autem sunt axiomata è partibus inter se essentialibus: ut cum forma de formato dicetur, ut in hoc exemplo, homo est rationalis: vel adjunctum proprium de subjecto, ut homo est doctrina capax: vel genus de specie, ut homo est animal. Sic in Grammatica, quæ est ars sermonis axiomata homogenea erunt quacūq; declarant aliquid eorum quæ ad essentiam sermonis attinent, ut Partes, Genera, Species, Proprietates sermonis, Arithmetica verò axiomata in Grammatica non erunt homogenea, quia numeri ad sermonis vim nihil attinent. Ergo per hanc notam damnatur in scientijs quicquid est heterogeneū & alienum, ut Elenchi falsam opinionem, ut doctrina vitiorum, ut digressiones, quarum rerum plene sunt artes Græcorum & Latinorū.*

Axioma Catholicum est.) *Tertia ratio καὶ ὅτι ὁλᾶ πρῶτον significat proprietatem reciproā, ut axiomata nempe sint partibus reciproca, ut homo est animal rationale, animal rationale est homo: Sic Generalia generi, Specialia speciei convenient, ideōq; generalia generaliter, specialia specialiter docenda erunt, aut contra. exempli gratiā: in Grammatica accentus & species & figura generalia sunt vocis acci-*

dētia. At Grāmatici ea specialiter docuerunt in singulis speciebus. ut Nomine, Pronomine, Verbo, Participio, Adverbio. Peccarunt igitur, quia quod generaliter & semel discipulatur, per singulas species iterarunt. Atq; hinc τὰ τοιοῦτα existit, quod vitium est in docendo permagnum ergo hæc tertia nota admonet in Grammatica semel & uno loco docenda esse, non sæpius & per singulas species iteranda. Secunda καὶ αὐτὸ Lex iustitiæ. Iustitia est tribuere suum cuiq;. ut Grammatica Grāmaticis, Arithmetica Arithmeticis, ideo dicitur lex iustitiæ. Tertia καὶ δόλος πρῶτον. Sapientia est scire rerum causas. Itaq; lex hæc tertia demonstrat veras causas rerum, nempe generalium genera, specialium species. Itaq; hæc lex est sapientia. CAP. 4.

De Axiomate simplici.

Atq; hæc de communibus axiomatis affectionibus, species sequuntur. Axioma est simplex aut compositū. Simplex est, quod verbi vinculo continetur. Itaq; affirmato vel negato verbo, affirmatur vel negatur. ut, Ignis urit, Ignis est callidus: Ignis non est aqua: hinc (ignis) est antecedens: urit, consequens. Atq; hinc prima est inventarum rerū dispositio causæ cum effecto, ut in primo exemplo: subjecti cum adjuncto, ut in secundo: dissentanei cum dissentaneo, ut in tertio:

tio: quomodo argumentum quodlibet enunciari potest (exceptis plenis comparationibus & distributionibus) (consentanea quidem affirmando, dissentanea, negando.

Axioma simplex, est generale aut speciale. Generale, quando cōmune consequens attribuitur, generaliter communi antecedenti. atq; hic contradictio non semper dividit verum & falsum, sed contingentium utraque pars falsa potest esse, ut:

Omnis in urbe locus Baijs pralucet amœnis.

Nullus in urbe locus Baijs pralucet amœnis.

Itē non contingentium: ut, Omne animal est rationale: Nullū animal est rationale. Axioma speciale est, quando consequens nō omni antecedenti attribuitur: & hic contradictio semper dividit verum à falso. Speciale est particulare aut proprium. Particulare, quando consequens commune antecedenti particulariter attribuitur: Huic autem axiomatici generaliter contradicitur:

Aliquid ignoscendum est:

Nihil ignoscendum est.

Aliqua clementia est laudanda:

Omnis clementia est laudanda.

Axioma proprium est, quando consequens antecedenti proprio attribuitur: ut, Fabulla est bella, cujus negatio & contradictio est, Fabulla non est bella.

Atq; hæc de communibus.) *Partes axiomatis, ut supra dictum est, appellantur in unum, antecedens & consequens. At vulgo in scholis partes simplicis axiomatis appellantur subjectum & attributum seu predicatum.*

Axioma est simplex.) Axioma definitum est dispositio argumenti cum argumento. Ergo quæ argumenta axioma disponatur in unaquaque specie axiomatis deinceps speciatim dicitur. Ac primum de simplici axioma, quod eo nimirum disponantur omnia argumenta præter plenas comparationes & distributiones, hæc enim simplici axioma disponi non possunt.

Axioma simplex est generale.) Simplex axioma dividitur in generale & speciale, quia res omnes sunt generales aut speciales, tertium præterea nihil est. Generale axioma definitur e partibus generalibus & generaliter enūciatis, cujus nota sunt omnes & nullus, & similes, ut Omnis homo est animal, nullus homo est lapis. Sed plerumque, nulla nota exprimitur, & tamen generale axioma perinde intelligitur: Nam virtus est vitium fugere, Dialectica est ars bene differendi, sunt axiomata generalia.

Atq; hic contradictio non.) Iudicium contradictionis generalis hic declaratur, quod est dividere verum & falsum, id est non semper esse ejus unam partem veram, alteram falsam. Itaque Aristoteles hanc contradictionem appel-

Ehic

lare noluit, sed contrarietatem.

Et hic contradictio semper.) *Iudicium specialis contradictionis est semper dividere verum à falso, id est, semper ejus unam partem veram esse alteram falsam.* Atq; huic proprie pertinet tritum illud axioma apud Aristotelem. *Quidlibet affirmare aut negare verum est.* Hoc appellatur axioma contradictionis & principium principiorum.

Particulare quādo cōsequens.) *Particularis enuntiationis nota sunt Aliquid, Non omnis, & similes, ut aliquis homo est justus. Non omnis homo est justus.* Huic axioma. *Contradictio particularis est ex altera parte generali, altera particulari, ut in hoc exemplo, Aliquid ignoscendum est, Contragictio est, nihil ignoscendum est: Secus ex utraq; particulari contradictio non esset, ut aliquis homo est justus, aliquis homo non est justus, Non enim affirmatur & negatur idem axioma, verba enim duntaxat sunt eadem, res est alia atq; alia: aliquis homo est iustus, nempe Cato, aliquis homo nō est iustus, ut Catilina. Itaq; his nulla contradictionis repugnantia est, sed rerum quadam distinctio, tanquam diceretur hominum aliquis est iustus. Peroratio simplicis axiomatis.)* Duo Elenchi sunt hic considerandi, unus de negatione simplicis axiomatis alter de partitione. *Negatio simplicis axiomatis fit negato ver-*

bo, ut dictum est. At vulgò in scholis excipiunt axiomata modificata. id est, qua modum declarant, quo res est aut non est, ut, homo est animal necessario, quod falsum est. Isto enim pacto contradictionis specialis utraq; pars falsa esset, quod fieri non potest, ut Socrates est Leo necessario, Socrates est, Leo nõ necessario. utriusq; falsum est, Ergo non modus, sed verbũ negandũ est. Alter Elenchus est de partitione simplicis axiomatis in generale & speciale, cui tertium addunt, indefinitum, quod est sine ullis notis ut, homo est justus, at hic licet nulla nota expressa sit, tamen intelligitur omnis vel aliquis, unde generale vel speciale concipitur esse.

CAP. 5.

De Axiomate copulato.

Axioma compositum est, quod vinculo conjunctionis continetur. Itaq; è conjunctione affirmata vel negata, affirmatur vel negatur. Cõtradictionisq; pars vera est, pars falsa. Enũciatũ compositũ, est p sua cõjũctione cõgregativũ, aut segregativũ: cõgregativũ enũciat omnia cõsentanea affirmando, omnia etiam dissentanea negando. Est verò copulatum aut connexum. Copulatum, cujus conjunctio est copulativa. ut, i. Aene. Vnà Eurusaq; Not usque ruunt, creberq; Procellis

Hic igitur negatio erit & contradictio:

Non

*Non unâ Enrusq; Notûsque ruunt, creberque
procellis Africus.*——

Verum enunciati copulati iudicium pender ex omnium partium veritate: falsum saltem ex una parte falsa. Huic generi affine est enunciatum relatæ qualitatis, cujus conjunctio est ipsa relatio. 3. Ecl. *Tale tuum carmen nobis divine Poëta,*

Quale sopor fessis in gramine.——

Hic copulatum iudicium est, tanquam diceretur: Sopor est fessis gratus, & sic tuû carmen nobis gratum est: cujus negatio,

Non tale tuum carmen nobis divine poëta,

Quale sopor fessis in gramine.——

Axioma compositum est.) Axioma compositum constat e multis sententijs vinculo conjunctionis alicujus colligatis. ut, Socrates est bonus & doctus. i. Socrates est bonus & Socrates est doctus. Ergo ut in simplici axiomate partes, antecedens & consequens sunt argumenta, sic in composito sunt integra axiomata, quæ generalia an specialia sint nihil interest. Sola enim hic conjunctio spectatur tanquam anima compositi axiomatis: Itaq; conjunctione affirmata.) Non satis est partes axiomatis negari, tu eorum axiomata dicatur negarum, itaque id affirmatum potest esse e partibus negantis, ut si lux non est, dies non est: non si lux non est, dies non est. Axioma compositum est.) Axio

ma compositum dividitur è differentia conjunctio-
 nis enuntiativa que est congregativa vel se-
 gregativa, illa est copulativa aut connexiva,
 hac discretiva aut disjunctiva. Hinc quatuor
 species existunt axiomatis compositi, copula-
 tum, connexum, discretum, disjunctum, unde
 apparet error veterum, qui duas tantum spe-
 cies tradiderunt, connexum & disjunctum.

Vna Eurvsq; Notusq;.) Affirmatio aut,
 omnes illos ventus simul flare. Negatio contra-
 dicit, nõ omnes simul flare. Sic omnis homo est
 sanus & dives. Negatio non omnis homo est sa-
 nus & dives. Neq; hic spectatur generale sym-
 bolum, omnis & nullus, sed ut id quod conjun-
 ctè affirmatum fuerit, cõiunctè quoq; negetur.

Verum axiomatis copulati.) Observa a-
 xiomatis copulati iudicium pendere è parti-
 bus, quod sæpius erit in connexo.

Huic generi affine est axioma.) Relatio
 est qualitas nominum vel adverbiorum qua à
 Grammaticis dicuntur relativa, & quidem
 essentia, ut, is, qui: vel causse, ut, quia, ideo, vel
 quantitatis, ut, tantus, quantus: vel qualitatis,
 ut, talis, qualis: vel loci, ibi, ubi: vel temporis,
 ut, tandiu, quamdiu. Ergo hæc relatio copula-
 ta est, quando partes copulata tanquam simul
 vera copulantur. Secus poterit & ad connexum
 pertinere, de quo paulò post. Relationis autem
 copulata axioma enunciantur pleraq; compa-

vata: ut, duo ad quatuor, sic tria ad sex. Itemq;
alia generis ejusdem.

CAP. 6.

De Axiomate Connexo.

Axioma connexum, est congregativum,
cujus conjunctio est connexiva. Sicut 2. Æ-
neid.

— Si miserum fortuna Sinonem.

Finxit, vanum etiã mendacẽq; improba finget.
cujus negatio est.

Non si miserum fortuna Sinonem

Finxit, vanum etiã mendacẽq; improba finget.

Conjunctio etiam hæc interdum negatur apertius, negando consequentiam: ut pro Amer. [Non continuò si me in sicario-rem gregem contuli, sicarius sum. De Fato, Nec si omne enunciatum verum est aut falsum, sequitur illico causas esse immutabiles.] Affirmatio enim significat, si sit antecedens, etiam consequens esse. Negatio itaq; & contradictio statuit, si sit antecedens, non ideo consequens esse. Quare cum judicabis, connexum absolutè verum esse; necessarium quoq; judicabis: & intelliges, hanc necessitatem è necessaria partium cõnexione oriri, quæ ipsa potest esse vel in falsis partibus: ut, Si homo est leo, est etiã quadrupes, necessarium connexum est. At si connexio sit contingens & pro sua tantum

probabilitate ponatur, iudicium ejus tantum opinio fuerit: ut Terent. Andr.

Pamphile si id facis, hodie postremum me vides.
 Connexo axiomati finis est ista consequentiae relatio: ut, Cum Tullius sit Orator, est etiam peritus bene dicendi.

Axioma connexum est.) *Connexum appellatur à Cicerone vulgò in scholis Hypotheticum, seu conditionale, cui opponunt categoricum, id est, absolutum, quod simpliciter & sine ulla connexionione enuntiat. Connexum generis axiomatis est familiare Mathematicis. Cujus conjunctio est connexiva. Negatio connexi duobus modis exprimitur, partim praeponendo negationem antecedenti, ut in exemplo Virgiliano: partim consequenti, ut in exemplo Ciceronis, quorum recta syntaxis est haec, si me in scariorum gregem contuli non continuo scarius sum. Et si omne enuntiatum est verum vel falsum, non illico sequitur causas esse immutabiles. Quare cum judicabis.) Iudicium connexi sequitur, verum & necessarium connexum judicatur, si conjunctio connexioq; sit necessaria. Contingens, si connexio sit contingens, neq; veritas & necessitas haec est partium rerumque connexarum, sed ipsius connexionis. Itaque è falsis partibus verum & necessarium connexum potest esse, ut, si homo est leo, est etiam quadrupes. Itemq; è veris partibus etiam falsum erit*
 con-

connexum, ut, si homo est animal, cælum movetur. Hinc necessitas duplex: de qua supra cap. 3. una consequentis, id est, rei quæ enuntiat, altera consequentia id est, connexionis. Ergo hic aliter se res habet, atq; in copulato axiomate, cuius veritas pendet ex partium veritate, ut antea meminimus. Pamphile si id facis.) Carinus ait se periturum, si Pamphilus ducat uxorem puellam, quam ipse amabat. Ergo hoc connexum contingens est, non necessarium.

Connexio axiomaticæ affinis est.) Relatio antea fuit copulata, quando partes relate tanq̃ simul vera copulantur: Nunc ante connexa dicitur, quando partes inter se tanquam necessario consequentes connectuntur: qualis relatio potest esse causæ, ut cum Tullius sit orator, est etiã peritus bene dicendi, & Temporis ut 9. Eclog. Carmina tũ melius cum venerit ipse canemus. Et hic propositio relate temporis pro connexa habebitur: postea in syllogismo connexo cap. 13. Relatio igitur copulata significat relatarum partium veritatem, connexa autẽ consequentiã.

CAP. 7.

De Axiomate discreto.

Axioma segregativum est, cuius conjunctio est segregativa: ideoq; argumenta dissentanea enunciat. Enuntiatum segregativum, est discretum aut disiunctum. Discretum, cuius conjunctio est discretiva. Itaque

è dissentaneis præcipuè diversa enuntiat, s. [Tusc. Quanquam sensu corporis judicentur.] ad animum referri tamen: cujus negatio & contradictio est. Non quanquam corporis sensu judicentur, tamen ad animum referri: vel, Quanquam sensu corporis judicentur, non tamen ad animum referri. Nam, Tamen, est hic cōjunctio præcipua. Discretum enunciatur judicatur esse verū & legitimum, si partes non solūm veræ: sed etiam discretæ sint: falsum vel ridiculum contrā.

Axioma segregativum.) *Judicium discreti axiomatis perinde ut copulati pender è partibus sed hic præterea requiritur partium discretio atq; dissensio, secus ridiculum erit. ut quanquam Socrates est homo, tamen est animal. Discretum igitur axioma quodammodo respondet copulato.*

CAP. 8.

De Axiomate disjuncto.

Axioma disiunctum, est axioma segregativum, cujus conjunctio est disiunctiva, ut, I. Georgic.

*Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebra:
Aut redit à vobis aurora, diemq; reducit.*

De Fat. Omnis enunciatio est vera aut falsa. Hic significatur, è disiunctis unicum

verum esse. Negatio igitur erit & contradi-
ctio: Non omnis enuntiatio est vera aut fal-
sa. Et contradictione significatur, non ne-
cessariò alterutrum verum esse. Nam si dis-
iunctio absolutè vera est, est etiam necessa-
ria: partesq; disiunctæ sunt oppositæ sine
ullo medio. Veruntamen quamvis abso-
lutè vera disiunctio, necessaria quoque sit:
tamè nihil necesse est, partes seperatim ne-
cessarias esse: ut, Homo est bonus, vel non
est bonus, disiunctio necessaria est: & tamè,
Homo est bonus, non est enuntiatio neces-
saria: Item homo non est bonus, non est
enuntiatio necessaria sed disiunctionis
necessitas pender è necessaria partium op-
positione & disiunctione, non ex earum
necessaria veritate. Disiunctio autem ple-
rumque est ex conditione, ut siquærat, utrum
Cleon venerit, an Socrates: quia ita
factum sit, alterutrum tantùm venturum
esse. Itaq; si disiunctio sit contingens, non
est absolutè vera & tantùm opinabilis est:
qualis est frequenter in hominum usu. O-
vid. in Epist. I. eandri.

*Aut mihi continget felix audacia salvo,
Aut mors solliciti finis amoris erit.*

Illic ut perhibent.) *Virgilius ait in regione
septentrionali, qua est sub polo arctico aut nocte
esse perpetuo, aut diem perpetuò. Nam sex men-*

ses anni continuos nox est: sed reliquos menses est dies. Nam si disiunctio absolute.) Iudicium axiomatis disiuncti sequitur verum & necessarium disiunctum est, quod sit ex oppositis medio carentibus, qualia sunt in adversis, morbus & sanitas in contradicentibus est & non est, in privantibus vita & mors & cetera ejusdem generis. Falsum igitur disiunctum erit, quod non sit ex talibus oppositis: ut aut est album, aut nigrum, falsum est: potest enim esse viride, rubrum, aut aliud inter medium.

Veruntamen quamvis.) Iudicium axiomatis disiuncti respondet connexo: verum enim & necessarium iudicatur è disiunctionis veritate & necessitate, non ex partibus, ut cras pluet, au non pluet. Disiunctio est vera & necessaria. At partes separatim, ut, cras pluet, item cras non pluet, non sunt necessariae. Ergo ut antea discretum copulato, sic nunc disiunctum respondet connexo.

Illis partium veritas significatur, hic consequentia duntaxat. Itaque ut connexionis sic disiunctionis necessitas est consequentia, non consequentis. Hæc res male intellecta decepit philosophos, de quibus Cicero in fato, qui putabant disiunctionis necessitate, sequi etiam necessitatem partium, quod falsum est: necessaria enim disiunctio potest esse ex partibus contingentibus. Ut cras pluet, aut non pluet, necessaria est
dis-

*disiunctio partes tamen sunt contingentes, quæ
 & esse & non esse possunt. Disiunctio autem
 plerumq;.) Disiunctio absolute vera dicta est,
 quæ fit ex oppositis medio carentibus. Disiun-
 ctio ex hypothese seu conditione vera nunc dici-
 tur, qui non fit ex talibus oppositis: usurpatur
 tamen frequenter: Alterutrum ex duobus fur-
 rum fecisse, quoniam nulli præterea adessent. V-
 triusque disiunctionis meminit Aristoteles in
 physica 10. cap. lib. 5. Itaque si disiunctio sit.)
 Disiunctio hic est, aut saluus potiar amata:
 aut mors finiet meum amorem. At id necesse
 non erat, nisi ex hypothese amanti, & navigare
 sperantis. Hæc igitur disiunctio contingens est.*

C A P. 9.

De Syllogismo & ejus partibus.

Atq; ejusmodi iudicium est axiomaticū
 axiomatis per se manifesti, sequitur dianoë-
 ticū. Dianoa est, cum aliud axioma ex alio
 deducitur: estq; syllogismus aut methodus.
 Syllogismus est dianoa, qua quæstio cum
 argumento ita disponitur, ut posito ante-
 cedente, necessariò concludatur. Nā cum
 axioma dubium sit, quæstio efficitur, & ad
 ejus fidem tertio argumento opus est cum
 quæstione collocato. Syllogismi antecede-
 ntes duas habet, propositionē & assütio-
 nem. Propositio, est prima pars antecede-
 ntis, qua quæstionis saltem consequens cum

argumento disponitur: Assumptio est secunda pars antecedentis, quæ assumitur è propositione. Syllogismi autem pars consequens est, quæ complectitur partes questionis, eaq; concludit: unde complexio & conclusio dicitur. Si qua pars syllogismi de fuerit, enthymema dicitur: si quid præter illas tres partes accesserit, prosyllogismus. Partium etiam ordo sæpe confunditur: at tamen si qua dubitatio propterea fuerit; ex plenda, quæ desunt: amputando quæ supersunt: & pars quælibet in locum redigenda est.

At ejusmodi iudicium.) *Adhuc primum iudicium fuit de axiomatico, quod iudicium est tanquam primum lumen omnis humana cognitionis, & græcè dicitur εἰς τοῦτα vel ὄσ; ut ante diximus tanquam prima notitia seu intelligentia mentis insita homini à natura. Hic continentur principia, ut diximus in principio huius libri. Ex hoc primo nascitur secundum iudicium in syllogismo & methodo, quod est tanquam lumen quoddam secundarium & ex primo ortum. Hinc Græcis δὲ λόγος dicitur, tanquam discursus rationis. Est enim hæc notitia mentis non prima sed orta de prima. Atq; hæc est Aristot. analysis, inde analitici libri de syllogismo & demonstratione. Syllogismus est dianois.)*

In definitione syllogismi genus est dianois pri-

mus q;

musque discursus rationis. Forma verò continetur duabus rebus, nempe dispositione argumenti cum quaestione & necessitate conclusionis. Hac duo igitur sunt præcipua in syllogismo consideranda, qualis sit dispositio & qualis necessitas. Dispositio est applicatio argumenti ad partes quaestionis: qua si congruant argumento: ipse quoque inter se congruere, sin minus non congruere judicantur, ut in dimensione regula applicatur ad res metiendas, cui si congruant pares, sin minus impares judicantur.

Exempli gratia ponatur quaestio, an Socrates sit animal? Argumentum (Homo) applicabitur primum consequenti (animal) hoc modo. Homo est animal, Tum antecedenti (Socrates) ut Socrates est homo, unde judicium hoc fiet Socrates igitur est animal. Syllogismus igitur est tanquam dimensio, argumentum mensura. Quaestio res metienda, & hanc similitudinem indicavit Aristot. 11. cap. 3. de anima. Haftenus de dispositione syllogismi. Ex hac autem dispositione manat necessitas conclusionis. Itaq; necessarius syllogismus dicitur non quod partes ejus sint necessariae, sed quia dispositio est necessaria. Potest enim syllogismus effici necessarius ex falsis partibus, ut omnis lapis est animal, omnis homo est lapis. Ergo omnis homo est animal. Ergo necessitas in syllogismo est ut antea in axiomatico connexo & disjuncto. Ne-

cessitas scilicet consequentia non consequens, is
 & rerum syllogismo comprehensarum. Hinc
 etiam patet quid syllogismi iudicio iudicetur.
 Nam ut axiomate veritas & falsitas: sic syllo-
 gismo consequentia & inconsequentia iudica-
 tur. Nomen syllogismi ductum est ab Arith-
 meticis, significat enim partium additarū col-
 lectionem & summam; pro eodem dicitur λό-
 γισμὸς & latine Ciceronis, argumentatio &
 ratiocinatio, Fabio ἐπιχέτημα. Syllogismi
 antecedentes partes.) Partitio est syllogismi
 in membra antecedens & consequens antece-
 dentis partes sunt propositio & assumptio. Pro-
 positio est prima pars.) Propositionis voca-
 bulū ambiguum est, interdum enim significat
 summā rei, de qua agitur, q̄ alias dicitur intē-
 tio, vel quæstio proposita, ut apud Ciceronem
 propositio quid dicturus sis. Alias propositio est
 prima pars syllogismi, prima scilicet natura,
 licet usū interdum non sit prima, ut mox intel-
 ligetur. Qua tota quæstio vel quæstionis.) In
 propositione syllogismi argumentum disponitur
 cum parte quæstionis consequente duntaxat,
 ut in syllogismo simplici: vel cum tota quæstio-
 ne, ut in composito: ut in exemplo superiore,
 homo est animal, argumentum habuit dispo-
 situm cum consequente parte quæstionis, ac pos-
 set etiam disponi cum tota quæstione hoc modo,
 si Socrates est homo, est etiam animal, sed hoc
 sua

(suis locis patebit. Assumptio est secunda pars.)
 Assumptio assumit & repetit argumentum ex
 propositione, ut in eodem exemplo assumptio So-
 crates est homo, assumit argumentum (homo) e
 propositione, hinc vulgo dicitur argumentū id
 esse, quod bis ponitur ante conclusionem. Syll-
 ogismi autem pars.) Sic Cicero i. de Divinat.
 complexio, inquit, ex propositione & assumptio-
 ne conficitur. Conclusio vero interdum pro toto
 syllogismo dicitur: ut in Lucullo, hec conclusio
 quam vim habeat, considera. Si qua pars syl-
 logismi defuerit.) Sequitur velut animalia
 quedam syllogismi, que ab Aristot. appellatur
 epithesis occultatio. Ea est in partium defectu &
 redundantiā vel ordinis in versione. Defectus
 est cum aliqua pars syllogismi deest, id appella-
 tur enthymema & definitur syllogismus imp-
 fectus, cuius causa est claritas partis prætermis-
 sa, q̄ licet nō expressa, tamen facile intelligitur,
 ut in Grammatica sepe suppositū deest. Itaq; & lo-
 quendo & scribendo naturalis usus enthyme-
 mata sepe adhibet, raro perfectos syllogismos.
 Exemplū enthymematis e propositione omissa erit il-
 lud Cic. i. Parad. de quo supra in adversis, vo-
 leptas est bonū pecudis, nō igitur hominis, adde
 propositionē, & syllogismus erit pfectus hoc pacto:
 Bonū pecudis non est bonum hominis: voluptas
 est bonū pecudis. Non igitur est bonū hominis
 Exemplū p̄termisæ assumptionis est apud Cic. pro
 Arc. de quo supra 17. ca. lib. i. omnes artes sunt

conjuncta. Ergo & Poetica & eloquentia sunt
conjuncta. Poetica & eloquentia sunt artes. Er-
go sunt conjuncta. Complexio etiam omitti po-
test, ut apud Martialem lib. 1. fit hoc enthyme-
ma Verus luctus est occultus, fletus Gellie non
est occultus. Deest hac complexio, fletus igitur
Gellie non est verus luctus.

Si quid præter illas tres. Altera pars ano-
malia est redundantia, quando nempe aliquid
additur ad partes syllogismi: id appellatur pro-
syllogismus, additur autem gratia fidei, vel mo-
tus: fidei, ut cum pars syllogismi dubia est, tum
additur ejus probatio explicatioq; motus, ut cum
delectandus, aut aliquo majore turbandus, &
fallendus erit auditor. Tum adduntur ampli-
ficationes variae, & quidem rhetoricis troporum
ornamentis vestite. Hinc rhetoricis exornatio
expositio, illustratio, amplificatio dicitur, qua
Aristoteli uno nomine prosyllogismus. Quan-
quam & ἰσοδότης additio, & ἰσχυρισμός ab
eodem dicatur. Ergo redundantia ratio in syllo-
gismo talis est. At verò naturalis usus vix pa-
retur severitatem illam differendi per syllogis-
mos breves & nudos, & tribus tanquam nerfi-
culis constrictos: sed plerumq; ad disputationis
rùm claritatem & lucem tum pompam & ma-
gnificentiam partes singulas variè illustrat &
amplificat, qua in re præcipua ἰσχυρισμός est, ut
notavit Aristoteles 1. cap. 8. Topic. Cicero tota

Milonis defensionem syllogismo uno conclusit, sed prosyllogismi partibus interpositi eam longissimam effecerunt. Propositio syllogismi hac est: Insidiator sceleratus iure occiditur, cuius prosyllogismus sequitur. Auctoritas enim populi & iudiciorum, senatus, Marij, Legis naturalis & humana id testificatur: neq; ulla contraria lex est, neq; senatus, neq; Pompei. Assumptio deinceps est, At Clodius est insidiator sceleratus, tum assumptionis prosyllogismus, Miloni enim insidiatus, motus utilitate, odio, malis moribus, spe impunitatis, quod verbis & factis eius intellectum est, quod autem sceleratus fuerit, facta in Deum & homines demonstrant. Hinc complexio efficitur. Quare Clodius iure occisus est. Est etiam complexioni sua prosyllogismus, & quidem longe major. Ergo hac tam longa defensionis, iudicium fuit.

Partium etiam ordo saepe.) Reliqua pars anomalia superest in ordinis inversione, ut enim in Grammatica oratione suppositum, quod opposito praeponi debet, saepe postponitur, ut in hac oratione. Eloquens Cicero fuit, Sic in logico syllogismo partes non semper tenent suum ordinem, sed usus & voluptas aurium querit varietatem, ut in hoc exemplo avarus non est liber, est enim timidus, porro qui timidus est, non est liber. Hic syllogismus est apud Horatium 1. ubi complexio prima est, assumptio secun-

da propositio ultima. Recto enim ordine syllogismus sic esset. *Timidus non est liber. Avarus est timidus. Itaq; avarus non est liber.* Attamen si qua dubitatio. Deinceps paucis verbis traditur analysis scholastica, nempe ut cū ex disputatione factum iudicare & examinare volumus, anomalia in illam crypticam ex artis legibus corrigamus, enthymematis expletis, profyllogismis detractis, & ordine partium restituito. Qua in re non tam verba quam sententiā spectabimus, ut syllogismus brevior & clarior fiat, sic Miloniana illius defensionis syllogismus detractis profyllogismis breviter concludetur hoc modo: *Insidiator sceleratus jure occiditur. Clodius est insidiator. Ergo jure occiditur.*

C A P. 10.

De Syllogismo simplici contracto.

Syllogismus, est simplex aut compositus: Simplex, ubi pars consequens, quæ in conditione disponitur in propositione: pars antecedens in assumptione: estq; affirmatus, è partibus omnibus affirmatis, negatus, è negata antecedentium partium altera cum complexione generalis, è propositione & assumptione generalibus: specialis, ex altera tantum generali: proprius: ex utraq; propria. Simplex syllogismus, est contractus partibus vel explicatus. Contractus, quando argumentum pro exemplo ita subjicitur particulari
quæ-

quæstioni, ut utramque partem antecedens & assumptione affirmatum intelligatur.

Quædam confidentia est virtus, ut constantia.

Quædam cōfidentia non est virtus, ut audacia.

Hic enim argumentum, quæstionis utraq; partem antecedere intelligitur, tanquam esset expressum. Constantiam esse virtutem & confidentiam: ideoq; quandam cōfidentia esse virtutē. itē, Audacia nō esse virtutem: & tamen esse confidentia: ideoq; quandā cōfidentia non esse virtutē: Sic usus differēdi, magister syllogistici iudicii cōtrahitur, nec aliter explicatur. Atq; ista expositio principiū syllogismi partibus explicata ab Aristotele efficitur, tanquam per se pleno syllogismi iudicio sit clarior & illustrior.

Syllogismus est simplex.) *Adhuc syllogismi definitio & partes fuerunt: species sequuntur simplex & composita. que sic nominantur, at non ab axiomaticis, quibus constant. sed à dispositione simplici vel composita. Simplex enim syllogismus simplicem habet dispositionem argumenti cum altera tantum parte quæstionis, nempe cum consequente in propositione, cum antecedente in assumptione. Axiomatica vero ipsa sint ne simplicia vel composita, ad simplicem syllogismum nihil interest. Potest enim simplex syllogismus*

esse è partibus compositis, ut quicquid est laudabile est honestum; Quicquid est bonum, est laudabile. Ergo quicquid est bonum est honestum. Partes omnes sunt relatae. Syllogismus tamen est simplex. Quia argumentum (laudabile) simpliciter disponitur primum cum parte consequente (honestum) deinde cum antecedente (bonum. Estq; affirmatus vel.) Syllogismus simplex licet non definiatur è simplici axioma, tamen ex eo dividitur in affirmatum & negatum: & in Generalem, specialem & proprium. Negatus è negata antecedentium.) Hinc est hoc consecutarium ex omnibus partibus negatis syllogismus nullus est. Vt equus non est ratione preditus. Homo non est equus, homo igitur non est ratione preditus.

Generalis è propositione & assumptione.) è Generali deducuntur reliqui, specialis, & proprius, ut suo loco intelligitur. Specialis ex altera tantum.) Hinc est alterum consecutarium: ex omnibus particularibus syllogismus nullus est: ut aliquid animal est equus: aliquis homo est animal. Ergo aliquis homo est equus. Simplicis syllogismi genera) Simplicis syllogismi species sunt tres, pro triplici simplicis dispositionis varietate: Argumentum enim semper alias antecedit, alias sequitur, alias utriusq; antecedit ut in hoc exemplo. Socrates est philosophus. Socrates est homo: aliquis igitur homo est philosophus.

Sophus. Hic argumentum (Socrates) antecedens est & propositionis & assumptionis. Sequitur ut homo est rationis particeps. Equus non est rationis particeps. Equus igitur non est homo. Hic argumentum (rationis particeps) semper est consequens. Vtrumque verò est. Ut homo est animal, Socrates, homo. Socrates igitur est animal. Hic argumentum (homo) partim est antecedens, ut in propositione, partim consequens, ut in assumptione. Ergo ex hoc argumenti situ atq; ordine antecessionis, consecutionis, vel utriusq; nata sunt tres species syllogismi simplicis. Has vulgo vocant figuras, quæ tres species referuntur ad duo genera.

Primum quâdo argumentum.) Primum genus simplicis syllogismi est, ubi argumentum semper antecedit, & propositio est ut liber, id est, vel generalis, vel particularis, vel propria, itemq; vel affirmata vel negata; at assumptio quævis cum propositione vel generalis vel specialis esse possit, est tamen affirmata semper, ut contra complexio semper particularis, atq; ita hoc primum genus non solum à ceteris, sed & eiusdem partes à se invicem differunt. Vocatur autem vulgo tertia figura: cum tamen revera sit prima & simplicissima omnium, quia antecessio argumenti prior est consecutione, & utraq; simul. Verum pro iudicii claritate.) E generalibus modis, ut supra dictum est, reliqui de-

ducuntur. Itaq̄, ex affirmato generali reliqui affirmati percipiuntur, ut est negato negati, facile est enim pro generali propositione vel assumptione specialem substitueres. Itaq̄, *UVRUOVE*. Illa symbola per nos quidem valebunt, que sex quidem notantur in hac specie Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Hoc enim argumentum.) Speciales modi quatuor vulgo fiebant in hac specie propter indifferentiam propositionis, qua pro arbutio generalis vel specialis esse potest. Ad nihil necesse fuit, propterea quatuor modos hic ponere, cum antea dictum sit, propositionem esse utlibet. Sic usus differendi.) Quod supra docuimus syllogismos integros in usu naturali differendi raros inveniri, atq̄, Enthymemata ferè pro illis adhiberi. Id in hoc primo syllogismo genere *in vicinè* cernitur. Hic enim rarissimi omnium syllogismi integri inveniuntur, vel omnino nulli. Si Laurentio Valle creditur, qui genus hoc syllogismorum propterea repudiavit. Et licet rari sint hi syllogismi, occurrēt tamen nonnulli, qualis ille est *Muth. 22.* Deus non est Deus mortuorum, sed viventium. Deus est Deus Abrahami, Isacaci, Iacobi, ergo Abraham is, Isaacus, Iacobus vivunt, nec sunt mortui. Neq̄, vero si enthymematis solis contenta est natura, idcirco ars perfectionem non requirit, neq̄, integri syllogismi formam explicabit.

bit. Nā si qua sit obscuritas in enthymemate, analysis artis vel illud explere & in integrū syllogismū retexere dicitur. Quā ppter ars huius generis nō est p̄mittēda. Atq; ista expositio principium.) Expositio Aristot. 6. cap. priorum dicitur probatio ab exemplo singulari, & sic probari (ait) Syllogismos tertia figure, id est, primi huius generis: ut constantia est virtus. Constantia est confidentia. Quadam igitur confidentia est virtus. At hac exposita sapiens contrahitur, hoc modo. Quada confidentia est virtus, ut constantia. & sic præcepta artium exponuntur: Nomen viri proprium est masculini generis, ut Cato: & cetera. Ergo hac contracta expositio est notior & clarior integro syllogismo unde apparet hāc speciem syllogismi, qua facta est tertia & postrema, non esse solum primam & simplicissimam, sed clarissimam omnium.

CAP. II.

De Prima Specie syllogismi simplicis explicati.

In syllogismo explicato propositio est generalis aut propria, & conclusio simplicis antecedenti aut parti debiliori: Species duæ sunt, prima ubi argumentum semper sequitur, negatum in altera parte.

GEN. I.

- Ce Turbatus non bene nititur ratione?
 sa Sapiens bene nititur ratione:
 te Sapiens igitur non est turbatus.

[Hoc iudicium ita fit à Cicer. 3. Tusc. Et quemadmodum (ait) oculus conturbatus, non est probè affectus ad suum munus fungendum: & reliquæ partes, totumq; corpus à statu cum est motum; deest officio suo ac muneri: sic conturbatus animus non est probè affectus ad exequendum munus suum. Munus autem animi est, ratione uti: & sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optimè utatur:] nunquam igitur est perturbatus.

G E N. 2.

Cam *Res mortalis est composita:*
 es *Animus non est compositus:*
 tres *Animus igitur non est mortalis.*

Cic. 1. Tusc. hoc syllogismo iudicat, animum immortalem esse. [In animi autem cognitione (inquit) dubitare non possumus, nisi fortè in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatū, nihil duplex. Quod cum ita sit; certè nec secerni, neq; dividi, neq; discerpi, neq; distrahi potest: nec interire igitur. Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremtus earum partium, quæ ante interitum junctiōne aliqua tenebantur.]

S P E C. I.

Fel *Lividus non est magnanimus.*

ti *Maximus est magnanimus.*

no *Maximus igitur non est lividus.*

Hoc iudicio Ovid. 3. de Pont. Eleg. 3. concludit.

Livor, iners vitium, mores non exit in altos,

Vtq; latens ima vipera serpit humo:

Mens tua sublimis supra genus eminent ipsum,

Grandius ingenio nec tibi nomen inest.

Ergo alii noceant miseris, optentq; timeri,

Tinctaq; mordaci spicula felle gerant.

At tua supplicibus domus est assueta iuvandis,

In quorum numero me precor esse velis.

S P E C. 2.

Ba *Saltator est luxuriosus:*

ro *Murana non est luxuriosus:*

co *Murana igitur non est saltator.*

[Cic. pro Mur. Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi fortè insanit, neq; in solitudine, neq; in convivio moderato atque honesto: Intempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio: Tu mihi arripis id, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non comessatio, non libido, non sumtus ostenditur: & cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæq; vitiosa sunt, in quo ipsam luxuriam reperire non

potes, in eo te umbram luxuriæ reperiturū putas?] Hoc iudicii modo Ovid. i. Trist. Eleg. i. tripliciter concludit, dum carminum suorum excusationem exponit.

Carmina proveniunt animo deducta sereno:

Nabila sunt subitis tempora nostra malis.

Carmina secessum scribentis & otia quarunt:

Me mare, me venti, me fera jactat hyemi.

Carminib. metus omnis abest: ego pditus enis

Hesurum jugulo jam puto jamq, meo.

Hec quoq, qua facio, judex mirabitur aqur:

Scriptaq, cum venia qualiacumque leget.

PROP. I.

Cæ Agesilaus non est pictus ab Appelle:

sa Alexander est pictus ab Apelle:

re Alexander igitur non est Agesilaus.

PROP. 2.

Cam Caesar oppressit patriam:

el Tullius non oppressit patriam:

tres Tullius igitur non est Caesar.

In syllogismo simplici.) Primum genus syllogismi simplicis adhuc fuit, secundum sequitur, cujus communes proprietates dua sunt: una quod propositio non est utlibet, sicut antea in primo genere: sed definita, generalis nemp aut propria. Itaq, è particulari propositione syllogismus in hoc genere nullus est. Altera quod complexio est similis utriq, parti antecedentis, aut debilitori parti, id est, negata vel speciali.

Species

Species duæ sunt prima ubi.) Secundi generis prima species definitur è duabus proprietatibus: una quod argumentum hic semper est consequens. Altera quod syllogismus est semper negatus. Itaq; affirmatus fallax erit, ut homo est animal, Leo est animal, Leo igitur est homo. Hinc vulgò dicitur, in secunda figura syllogismum è duabus affirmantibus nihil valere. Porro hac species vulgò appellatur secunda figura, & quatuor hic fiebant simbola, Cesare, Camestres, Festino, Baroco. Hoc judiciũ ita fit.) 3. Tuf. Analysis hujus exempli sic intelligitur. Prima quæstio cernetur conclusionis. sapiens non est turbatus, deinde argumentũ intelligitur ex causa conclusionis. Quia sapiens nempe ratione bene utitur, quod est effectum sapientis: Postrema species syllogismi percipietur è dispositione argumenti, ut hic vides in redditione similitudinis comprehendi hanc sententiam turbatus nõ bene utitur ratione: tũ sequi alterã: sapiens bene utitur ratione. Itaque vides argumentum semper esse consequens ideoque syllogismum esse in hac prima specie secundi generis, cujus partes tenent suum ordinem, sed propositionis prosyllogismus è similibus, nempe partibus corporis, quæ perturbata desunt officio suo ac muneri. Eadem ratio ἀναλόγειος est in cæteris omnibus exemplis.

Res mortalis est composita.) Differt,

a primo tantum ordine negationis & 2. affirmationis. In animi autem cognitione.) Ordo hic inversus est, assütio enim est prima, animus non est compositus, sed ea ornata per Rhetoricam anaphoram verbi nihil, quinque repetiti. Quod cum ita sit.) *Prosyllogismus assumptionis ex adjunctis, quod igitur animus solvi non possit: ubi ornatus idem est anaphora.*

Nec igitur interire. *Complexio est secundo loco. Est enim interitus quali.) Sententia propositionis hic comprehenditur definitione interitus, quasi dictum esset res mortalis est composita: quia mors est seperatio partium compositarum. Maximus est magnanimus.) Nihil interest pro speciali axiomate proprium ponere, ut in hoc exemplo & similibus apud Poetas & oratores. Livor iners vitium.) Propositio syllogismi cum prosyllogismo à minori & pari. Maximus est magnanimus & quidem majore, quam genere nec minore, quam nomine magnanimitate preditus Ergo alii noceant.) Complexionis loco (maximus igitur non est lividus) ponitur haec dissimilitudo per concessionem. Ergo alii noceant & timeantur, maximus quidē liberalis est & benignus, id est, Alii sunt lividi. Maximus certe non est lividus. Tinctaque mordaci.) Allegoria à militibus qui tota inficiunt veneno.*

Nemo enim ferè ialtat.) *Propositio syllogis-*
mi

mi hic comprehenditur cum suo prosyllogismo è
dissentaneis. saltator est luxuriosus. Quia nemo
saltat sobrius. Tu mihi arripis id.) Assum-
tionis prosyllogismus item è dissentaneis, tu su-
mis consequens, id est, saltationem non probato
antecedente, nempe luxuria. Nullum turpe
convivium.) Assumptio explicatur partes lu-
xuria. Et cum ea non reperiantur. Com-
plexionis sententia cū epilogo argumenti. Qua-
re cum in materia non reperiat luxuria, quo
modo reperietur umbra luxuria, id est, salta-
tio. Carmina proveniunt.) Alterum exem-
plum secundi modi specialis in triplici syllogis-
mo Ovidij. Primus est in primo disticho. Bo-
na carmina sunt animo leto. Ovidius non est
letus, Itaque non facit bona carmina. Carmina
fecellum scribentis.) Secundus est in secundo.
Bona carmina requirunt otium, in Ovidio
non est otium: Itaque non facit bona carmina.

Carminibus merus.) Tertius est in tertio.
Bonus poeta securus est. Ovidius non est secu-
rus, igitur non scribit bonum carmen.

Hæc quoque quæ facio.) Complexio in e-
piphonemate, mirum est hæc qualiacumque
carmina ab Ovidio fieri potuisse.

C A P. 12.

De Secunda specie syllogismi simplicis
explicati.

Secunda species explicati syllogismi est,

quando argumentum antecedit in propositione, sequitur affirmatum in assumptione.

AFF. GEN.

Bar *Omne iustum est utile:*

ba *Omne honestum est iustum:*

ra *Omne igitur honestum est utile.*

Quod Cic. 2. Offic. ita concludit: Summa quidem autoritate Philosophi, severe sanè, atque honestè hæc tria genera confusa cogitatione distinguunt: Quidquid enim iustum sit, id etiam utile esse censent: Itemque, quod honestum, idem iustum: ex quo efficitur, ut quodquid honestum sit, idem utile.

NEG. GEN.

Ce *Timidus non est liber:*

la *Avarus est timidus:*

rent *Avarus itaq; non est liber.*

Hoc ita concluditur & iudicatur ab Horatio 1. Epist.

Quo melior seruo, quo liberior sit avarus,

In trivijs fixum cum se demittit ob assem,

Non video: nam qui cupiet, metuet quoq; porro

Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.

Sic Terentius in Eunucho concludit & iudicat:

Consilii expers, consilio regi non potest:

Amor est consilii expers:

Consilio itaq; regi non potest.

Syllogismus his verbis sequitur.

Here

*Here, quæ res in se neq, consilium neq, modum
 Habet ullum, eam consilio regere non potes,
 In amore omnia hæc insunt vitia: injuria,
 Suspiciones, inimicitia, inducia,
 Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules
 Ratione certa facere, nihilo plus agas.
 Quam si des operam, ut cum ratione insanias.*

AFF. SPEC.

Da *Consules virtute facti, studiosè Rempub.
 tueri debent,*

ri *Cicero est virtute factus consul:*

i *Cicero igitur Remp. studiosè tueri debet.*

Sic Orator diligentiam suam Agrar. 2.
 concludit & judicat: [Nam cum omnium
 Consulum (ait) gravis in Republ. custodiē-
 da cura ac diligentia debet esse, tum eorum
 maximè, qui non in cunabulis, sed in cam-
 po sunt consules facti: Nulli populo Roma-
 no pro me majores nostri sponponderunt,
 mihi creditum est: à me petere, quod de-
 beo, me ipsum appellare debetis. Quemad-
 modum cum petebam, nulli me authores
 generis mei vobis cōmendarunt: sic si quid
 deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à
 vobis deprecētur. Quare, modo ut vita sup-
 petat (quanquam ego sum is, qui eam pos-
 sim ab istorum scelere insidiisq; defende-
 re) polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide
 Remp. vigilanti homini, non timido; dili-

genti non ignavo, commisit.]

Quod optatum redierit, gratum est.

Lesbia Catullo optata redijt.

Grata igitur est.

Catullus sic concludit.

*Si quicquā cupidoq³ optantiq³ obrigit unquā &
Insperanti hoc est gratum animo proprie:*

*Quare hoc est gratum, nobis quoque charius
auro.*

Quòd te restituis, Lesbia, mi cupido.

*Restituis cupido, atq³ insperanti ipsa referste
Nobis ò lucem candidiore nota?*

*Quis me uno vivit felicior? aut magis hac qd
Optandum vita, dicere quis poterit?*

NEG. SPE.

(dur.

Fe Deceptor amantis puella non est laudan-
ri Demophon est deceptor amantis puella, ut
Phyllidis:

o Demophon igitur non est laudandus.

Phyllis apud Ovidium ita iudicat Demo-
phontem laudandum non esse:

Fallere credentem non est operosa puellam

*Gloria simplicitas digna favore fuit,
Sum decepta tuis & amans & fœmina verbis,
Dij faciant laudis summa sit ista tue.*

AFF. PRO.

Bar Octavius est heres Caesaris:

ba Ego sum Octavius:

ra Sum igitur heres Caesaris.

NEG.

Ce *Antonius non est filius Caesaris:*

la *Tu es Antonius:*

rent *Non es igitur filius Caesaris.*

Secunda species syllogismi. In hac specie sunt notanda. unum quod argumenti dispositio est mixta ex antecessione & consecutione. Alterum quod assumptio fit affirmata, aliqui è negata assumptione syllogismus in hac specie nullus erit, ut homo est animal, Leo non est homo, Leo igitur non est animal. Symbola autem hie erant, Barbara, Celarent, Darij, Ferio.

Summa quidem autoritate. Pro syllogismus propositione à testimonio Stoicorum.

Philosophi severè fanè. Syllogismus sequitur partibus legitimis : sed relatio de qua supra monuimus, simplicem syllogismum posse fieri è partibus compositis. Quo melior seruo. Complexionis sententia (*Avarus non est liber*) sic involuitur pro syllogismo duplici. Vno ex paribus quod non fit liberior seruo, altero ex effecto, quod se demittat ob assem.

Nam qui cupit metuit. Assumptio ubi cupere est avarum esse. Porro qui metuens vivit. Propositio syllogismi. Here quæ res in se. Propositio syllogismi. In amore omnia hæc insunt. Assumptionis sententia ex adjunctis amoris. Incerta hæc si tu postules. Complexionis sententia per collationem parium.

Nam cum omnium consulum.) *Propositio involvitur duplici prosyllogismo minorum & diversorum, minorum nota est, cum, tum Diversa autem sunt illa, non in incunabulis, sed in campo. i. non generis charitate, sed virtute. Nulli populo Romano pro me.) Sententia assumptionis ex diversis: Non generis claritate, sed virtute consul factus sum. Quem admodum cum perebam.) Idem declaratur similitudine, nota similitudinis est, Quem admodum, sic. Quare modo ut vita suppetat.) Complexionis sententia, item ex diversis: Cicero igitur erit consul vigilans, non timidus; Diligens non ignavus. Si quicquam cupido.) *Propositio syllogismi.* Quare hoc est gratum nobis.) *Complexio cum assumptione & prosyllogismo majoris.* Quod te restituis Lesbia.) *Assumptio ornata per anadiplosin.* O lucem candidiore nota.) *Iteratur sententia complexionis per adjunctum temporis, ornata per exclamationem: O diem felicem, quo redijt Lesbia. Hic autem versus alijs legitur sic: O lucem dignam candidiore nota. De nota candida Erasmus proverbio creta notavit. Quis me uno vivit felicior.) Tertiò iteratur sententia complexionis per collationem minorum: Nemo est felicior me & exclamationem. Fallere creditem non est operosa. *Propositio syllogismi cum prosyllogismo adjuncta simplicitatis.* Sum de-**

pta

pta tuis.) *Assumptio syllogismi.* Dii faciant laudis.) *Complexionis loco ponitur in reprecatio.* *Vimā hac sit summa tua laus.* Peroratio syllogismi simplicis.) *Hactenus tres syllogismi simplicis species fuerunt pro triplici argumenti sit, nempe antecessionis, consecutionis, vel utriusq, at singula aliquod tanquam privilegium habuerunt. Prima siquidem speciei propria fuerit expositio. Secunda, negata conclusio. Tertia, affirmata generalis. Galenus tamen quartam speciem addiderat. postrema oppositam, ubi argumentum sequitur in propositione, antecedit in assumptione: ut Socrates est homo: homo est animal. Ergo Socrates est animal. verum hic non est nova species syllogismi, sed partes sunt loco mutatae. Assumptio enim prima est, propositio secunda, quæ si rediguntur in ordinem, syllogismus est tertia speciei sic. Homo est animal. Socrates est homo, Socrates igitur est animal.*

CAP. 13.

De Syllogismo connexo primo.

Adhuc syllogismus simplex fuit; syllogismus cōpositus, est syllogismus, ubi tota quaestio est pars altera propositionis affirmatae & cōpositae; argumentū est pars reliqua. Tollere autē in cōposito syllogismo, est specialē cōtradictionē ponere. Syllogismus cōpositus est cōnexus aut disiunctus. Syllogismus cōnexus, est syllogismus cōpositus propositionis

cónexæ; estq; duorum modorum. Primus
modus syllogismi cónexi est, qui assumit an-
tecedens, & consequens concludit. Quo-
modo Cicero iudicat & concludit lib. 2. de

Si dii sunt, divinatio est:

(Divin.

Sunt autem dii:

Divinatio est igitur.

3. Offic. [Atque si etiam hoc natura pre-
scribit, ut homo homini, quicūq; sit, ob eā
ipsam causam, quod is homo sit, consultū
velit, necesse est, secundum eandem natu-
ram, omnium utilitatem esse communem.
Quod si ita est, una continemur omnes &
eadem lege naturæ: Idq; ipsum si ita est, cer-
tè violare alterū lege naturæ prohibemur:
verum autem primum, verum igitur & ex-
tremum. Sic Æneid. 4. Dido iudicat, Æneæ
remanedum esse:

*Méne fugis: per ego has lachrymas dextrami-
quet tuam, te*

*Quando aliud mihi já misera nil ipsa reliqui,
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos,
Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquā
Dulce meū: miserere domus labentis, & istam,
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem
Te propter Lybicæ gentes Numadumq; tyrannū
Odere, infensi Tyry: te propter eundem
Extinctus pudor, & qua sola sidera adibam,
Fama prior: cui me moribundā deseris hospes.*

Frequen-

Frequenter hic non assumitur idem, sed
 majus: ut i. [Catil. si te parentes timerent
 atq; odissent tui, neq; illis ulla ratione pla-
 cere posses, ut opinor, ab eorum oculis a-
 liquò concederes: nunc te patria (quæ com-
 munis est omnium nostrum parens) odit ac
 metuit, & jam diu nihil de te judicat, nisi de
 patricidio suo cogitare: hujus tu neque au-
 thoritatem verebere? neque judicium se-
 quere? neq; vim pertimesces? Concluden-
 di modus hic idem est, quando propositio
 est relata tēporis: quo genere nympha Oe-
 none apud Ovidium concludit errorem
 stultitiæ suæ:

Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,

Ad fontem Xanchi versa recurret aqua:

*Xanche retrò propera, versaq; recurrite lym-
 Sustinet Oenonem deseruisse Paris. (pha.
 Syllogismus compositus est) Syllogis-
 mus compositus vulgo appellatur hypotheticus.
 Distinguitur autem à simplici tribus qualita-
 tibus seu differentis propositionis. Primo, tota
 questio hic est, in propositione, illa sola pars con-
 sequens questionis, Secundo, propositio hic est
 affirmata, illic potuit esse negata. Tertio, propo-
 sitio hic est composita, illic simplex esse potuit.
 Neque tamen syllogismus compositus dicitur è
 composita propositione, vel assumptione, sed è cō-
 posita dispositione argumenti, cum utraq; par-*

te, questionis, ut antea quoq³ monuimus in syllogismo simplici. Propositionis affirmatae.) E negata. n. syllogismus nullus esset quia talis significatio significat falsam atq³ nullam esse partem conjunctionis & coherentiam. & idcirco nihil inde ad concludendum assumi posse, ut, non si homo est, cælum movetur, item non ut album est aut nigrum. Vtrumvis assumas nihil ex tali negatione concluderis. Tollere autem est.) Tollendi verum, infra aliquoties usurpabitur, idcirco hic generaliter definitur, sed definitio intelligitur postea clarior. Ergo syllogismus compositus.) Quavis sint quatuor axiomata composita: tamen non sunt quatuor syllogismi compositi. Quia duo tantum axiomata apta sunt ad hoc genus syllogismi. Qui assumit antecedens. Assumere hoc loco est repetere omne quale propositum fuerat: si affirmatum affirmate, si negatum negate, ut in primo exemplo antecedens propositionis (Dij sunt) assumitur, id est, repetitur affirmatum in assumptione, quale fuerat in propositione.

Atqui si etiam hoc.) Alterum exemplum primi exempli, ubi propositio tribus tanquam gradibus componitur, hoc modo, si hominum naturalis est conciliatio, etiam utilitas, si utilitas, etiam lex, si lex, etiam injuria prohibitio. Assumptio & complexio brevitatis causa, nec antecedens, nec consequens nominatim repetitur,

tar, Sed hac formula comprehendunt, verum autem primum, verum igitur extremū. Qualis hac esse possit. At primum verum secundum igitur, Itemq; alia consimiles.

Mene fugis.) Tertium exemplum ejusdem modi sic est, si bene de te merui, mane igitur. Propositio p̄cedit cū prosyllogismo obsecrationis qua species est jurejurandi. Te propter Lybicæ gentes.) Assumptionis loco, at bene de te merui, prosyllogismus est variorum meritorum, quod Anea gratia in odium vicinorum incurrerit, quod pudoris & fama propter eum oblita fuerit. Cur me moribundam.) Complexionis loco est querimonia. Sic te parentes timerent atque.) Quartum exemplum sic erit brevius, Sic te parentes timerent, discederes ab eorum oculis. At te patria timet. Discede igitur, Hic antecedens idem comprehensum est in majore. Nunc te patria.) Assumptio cum prosyllogismo causæ. Hujus tu neque auctoritatem. Complexionis sententia variè figuratur: anaphora est in repetitione verbi, (neque) Epistrophe in verbo verere. sequere. Exclamatio vera in tota sententia.

Quando propositio est relata.) Relatum axioma interdum habet vim copulati, alias cōnexus, ut supra docuimus, ideo propositio relata temporis hoc loco esse potest pro connexa.

Cum Paris Oenone poterit.) Syllogismus

sic est. Si Paris deserat Oenonem, Xanthus naturalem cursum mutabit. At ille deseruit. Hic igitur cursum mutabit. Propositio prima est.

Xanthe retro propera.) Complexio per apostrophem ad Xanthum. Sustinet Oenonē deservisse.) Assumptio est.

CAP. 14.

De Syllogismo.

CON. 2.

Secundus modus connexi tollit consequens, ut tollat antecedens:

Si ulli rei sapiens assentietur usquam, aliquando etiam opinabitur:

Nunquam autem opinabitur:

Nulli igitur rei assentietur.

Eodem syllogismo Ovid. 2. Trist. stultitiam suam iudicat:

Si saperem doctas odissem jure sorores,

Numina cultori perniciofa suo.

At nunc (tanto meo comes est insania morbo)
Saxa memor refero rursus ad ic̄ta pedem.

Hæ duæ syllogismi species sunt omnium usitatissimæ.

Si ulli rei sapiens.) Hoc exemplum isdem verbis est apud Ciceronem in Lucullo. Assumptio autem tollit consequens, quia specialem eius contradictionem assumit. Nam aliquando opinabitur. & nunquam opinabitur. specialis contradictio est. Eodemq; modo complexio tollit

antece-

antecedens, nulli rei assentietur, nulli rei assentietur. Si sciperem doctas.) Alterum exemplum est huiusmodi. Si sciperem odissem musas. At non odi musas. Itaq, non scipio. Propositio præcedit cum prosyllogismo ab adjuncta pernicie:

At nunc saxa memor.) Assumptionis sententia per allegoriam offensione pedum: Iterum offendo ad eundem lapidem, id est, iterum colo musas à quibus sum lesus. Tanta meo comes est.) Complexionis sententia hac parenthesi occulta est. Hæ duæ syllogismi species.) Syllogismi connexi sunt frequentissimi omnium Syllogismorum, quia sunt communes omnium argumentorum, & multa argumenta hic facilius concludentur, quam simplicibus syllogismis, ut paria maiora & cetera comparata.

CAP. 15.

De Syllogismo disuncto primo.

Syllogismus disunctus, est syllogismus compositus propositionis disunctæ. Modi duo sunt: Primus tollit unum, & reliquum concludit, ut:

Aut dies est aut nox est:

Aut dies non est:

Nox igitur est.

Ciceronis pro Cluentio iudicium tale est:
[Sed cum esset hæc illi proposita conditio, ut aut iuste pieq; accusaret, aut acerbè indigneq; moreretur: accusare quoq; uo modo

posset; quàm illo modo mori maluit.] Dilectio clarior fuerit:

Aut accusandum aut moriendum:

Non moriendum:

Accusandum igitur.

[Sic idem 2. Phil. ratiocinatur: Nunquàm ne intelliges, tibi statuendum esse; utrùm illi qui istam rem gesserunt, homicidæ sint, an vindices libertatis? Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe: & ego qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris ut à te arguor, socius: nego quicquam esse medium: confiteor illos, nisi liberatores populi Romani conservatoresque Reipublicæ sint, plusquam sicarios, plusquam homicidas, plusquam parridas esse: siquidem est atrocius, patriæ parentem, quam suum occidere. Tu homo sapiens & considerate, quid dicis? Si parridæ; cur honoris causa à te sunt, & in hoc ordine, & apud populū Rom. semper appellati? cur M. Brutus, te referente, legibus est solutus, si ab urbe plusquàm decem dies abfuisset? cur ludī Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciæ Cassio & Bruto data? cur Quæstores additi: cur legatorum numerus auctus? Atq; hæc acta per te: non igitur homicidæ: Sequitur ut liberatores tuo iudicio

judicio sint; quandoquidem tertium nihil potest esse. Si partes disiunctæ propositionis sint duabus plures: judicandi concludendiq; ars erit eadem. Sic Cicero judicat, Rabiurum cum consulibus esse oportere: Atqui videmus (ait) hæc in rerum natura tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut latèret. Latere autem, mortis erat instar turpissimæ: cum Saturnino esse, furoris & sceleris, virtus, & honestas, & pudor, cum Consulibus esse cogebat.

Sed cum esset hæc illi.) *Alterum exemplum disiuncti primi, ubi propositio est disiuncta ex conditione, ut orator ipse significat. Propositio prima est. Accusare quoquo modo.) Complexio est secunda. Quam illo modo mori.) Assumptio est tertia. Nunquam ne intelleges.) Tertium exemplum sic est, Caesaris interfectores aut homicidæ sunt, aut vindices libertatis. Propositio prima est. Attende enim paulisper.) Profyllogismus propositionis è natura disiunctionis, in qua nihil potest esse medium seu tertium. Tu homo sapiens.) Ironia est.*

Si parricidæ? cur honoris.) *Profyllogismus assumptionis ex factis Antonij.*

Non igitur homicidæ.) *Assumptio concluditur.*

Sequitur ut liberatores.) *Complexio repetit profyllogismum de natura disiunctionis,*

Atq; videmus (ait) hæc.) *Locus est in oratione pro Rabirio perduellionis reo. syllogismus sic est: Rabirius debuit aut cum Saturnino esse, aut cum consulibus, aut latere. At non debuit latere, neq; cum Saturnino esse: Itaq; cum consulibus debuit. Aut cū Saturnino.) Propositio precedit. Latere autem mortis.) Assumptio secunda est. Virtus & honestas & pudor.) Complexio est tertia.*

CAP. 16.

De Syllogismo disiuncto secundo.

Disiunctus secundus, è propositione partibus omnibus affirmata assumit unum, & reliquum tollit, ut:

Dies est aut nox est:

At dies est: Nox igitur non est.

Sic iuno cum iove de Turno concludit,
10. Æneid.

—— *Quid si quod voce gravaris,
Mete dares, atq; hac Turno rata vita maneret.
Nunc manet infontē gravis exitus, aut ego veri
Vana feror: quod ut ò potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua q. potes, orsa reflectas.*

Ejusmodi syllogismus efficitur è propositione copulata negata, quæ negata complexio dicitur: quæq; disjunctionis affirmatæ vim obtinet.

Non & dies est, & nox est:

At dies est:

Non

Non igitur nox est.

Disiunctus secundus è propositione. Secundus modus non est tam generalis, quam primus, certis enim legibus adstringitur, nempe ut propositionis partes omnes sint affirmatae. Secus, conclusio erit fallax, ut in hoc exemplo. *Aut animal est, aut non est homo. Ergo non est animal.* Verò antecedente falsa est conclusio. Quare secundus hic modus disiunctus non erit catholicus, nisi propositio sit partibus omnibus affirmata. Secus tamen interdum concludatur (ut cum distributio sit ex contradicentibus) tamen conclusio non erit necessaria ut dispositionis, sed rerum syllogismo comprehensarum.

Quidli quod voce gravatis.) Deprecatio est Iunonis ad Iovem pro salute Turni syllogismus sit iste: *aut Turnus peribet, aut ego fallor: at ego fallor: non igitur peribit Turnus.* Complexio precedit inoptatione, utinam velis Turnum servare. Nunc manet infontem.) Propositio syllogismi. Quod ut ô potius.) Assumptio idem est in optatione, cum prosyllogismo contrarij, utinam fallor ego, tu vero fata mutes in melius. Orsa pro fatis, metaph. Est à tela textorum, quod hic abündat, ut & græcis ὄσ' ὠφελεν.

Non & dies est & nox est: hunc syllogismum Cicero in topicis posuit: in primo membro disiuncto, sed malè, quod hoc exemplo perspicitur. Non & albus est homo & niger, sed non est al-

bus. Est igitur niger. Falsa est complexio veris antecedentibus quod in syllogismo fieri non potest.

Petoratio syllogismi.

Syllogismi ars exposita est, quo uno argumentatio, id est argumenti dispositio omnis continetur. At vulgo in scholis adduntur alia nomina argumentationum, ut, enthymema, Inductio, exemplū, Dilemma, Sortites, sed male. Nam Enthymema syllogismus est imperfectus, seu contractus, ut dictum est antea nono capite. Itaq; non debet separari à syllogismo, tanquam nova species. Tria sequentia, nominis sunt argumenti. De inductione & exemplo diximus suo loco ad cap. 25. & 27. libri primi. ubi docuimus inductionem esse argumentum è partibus ad totum. Exemplum vero argumentum à specie ad genus. Dilemma autem est argumentum è contrarijs medio carentibus, quale est illud in Catone majore: Omiserum senem, qui mortē contemnendam in tam longa atate non viderit, qua aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum, aut aliquo eum deducit, ubi sit futurus aternus. At tertium certè nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus futurus sim? Dilemma brevius sic erit, si mors extinguit animam negligenda est: Si relinquit aternum, optanda. At hæc vel illud. Mors igitur est negligenda.

gligenda, aut optanda. Sorites vero est syllogismus multiplex, tanquam gradatione quadam collectus, ut, utile est optabile; optabile est bonum; bonum est laudabile, laudabile est honestum, ergo utile est honestum. Sorites hic est quatuor graduum & syllogismus triplex, primus sic est, optabile est bonum, utile est laudabile, utile igitur est bonum. Secundus sic: Bonum est laudabile, utile est bonum, utile igitur est laudabile, utile igitur est honestum. Sorites nominatur ab acervo: quia velut acervus è multis granis conficitur, & quidem Sophismate valde periculoso, nisi velut in schala gradus firmiter cohærent, ita in sorite res necessario cohærentes inter se connectuntur. Hinc individus ille sorites: Qui bene bibit, bene dormit, qui bene dormit non peccat. Qui non peccat, salvus erit, ergo qui bene bibit, salvus erit. Secundus & tertius gradus non cohærent. Argumentatio igitur unica & sola est syllogis.

CAP. 17.

De Methodo secundum Aristotelem unica.

Methodus est dianoiā variorum axiomatum, homogeneorum, pro naturæ suæ claritate præpositorum; unde omnium inter se convenientia judicatur, memoriaq; comprehenditur. Atqui ut spectatur in axiomate veritas & falsitas, in syllogismo consequentia & incoſequenti: sic in methodo cōsidera-

tur ut per se clarius præcedat obscurius sequatur; omninoque ordo & confusio iudicatur. Sic disponetur ex homogenis axiomatis, primo loco absoluta notione primum, secundo secundum, tertio tertium, & ita deinceps: ideoque methodus ab universalibus ad singularia perpetuò progreditur.

Hac enim sola & unica via proceditur ab antecedentibus omnino & absolute notioribus ad consequentia ignota declarandâ; eamq; solam methodû Aristoteles docuit. (Methodus est dianoa variorum.) *Adhuc secûdi iudicii species una fuit in syllogismo: altera superest in methodo. Methodus definitur primum dianoa: quia methodus quoque est iudicium secundarium, & ex alio deductum: Atq; ut in syllogismo deducitur consequens ex antecedente, ita in methodo deducitur posterius ex priore. Ergo definitionis genus primum est Dianoa. Forma deinde sequitur è methodi materia, Forma, & Fine. Materia est in axiomatis homogeneis, omnia enim in methodo debent esse homogenea, tanquam corporis unius membra: si non absolute, tamen modo quodam, nempe ut ad eundem finem pertineant. Itaq; heterogenea etiam à Poëtis in carmine reprehenduntur, ut ab Horatio, in principio libri de arte poetica. Materies igitur est in axiomatis homogeneis. Forma verò est in eorum ordine, ut*

alia alijs pro natura sua claritate proponantur, nunquodque enim prius aut posterius erit, prout natura clarior erit aut obscurior. Natura autem clarior dicitur, quodquod omnino per se & revera tale est, quamvis alteri aliud interdum videatur clarior, ut dulce, iustum & honestum natura dicitur, quod revera & natura sua tale est, licet alteri aegroti & improbo secus videatur: qua de re dicitur etiam post. Forma igitur est in ordine prioris ac posterioris secundum naturam axiomatis, non qualemcumq;, sed veram & naturalem. Finis vero est iudicium de convenientia axiomatum inter se, id est, ordine vel confusione, ut mox dicetur unde fructus duplex existit, unus intelligentia, alter memoria. Nam facilius intelliguntur, id est, docentur & discuntur, quae sic disposita fuerint, & facilius memoria custodiuntur. Ergo methodi definitio talis est.

Methodi autem nomen ambiguum est: sapientiam sumitur pro arte, ut à Galeno dicitur methodus medendi: interdum pro argumento ut ab eodem Galeno similitudo, dissimilitudo, definitio, divisio methodi appellantur. Alias methodus significat quamlibet doctrinam, ut apud Aristot. i. cap. Ethic. At graecis ὁδὸς via est, unde μὲθοδος, via compendium, Cicero ni via & ratio. Hinc methodus logica dicitur recta ratio ordinandi res inventas & probatas.

Atqui ut spectatur in axioma.) Illustratur postrema pars definitionis de iudicio methodico per collationem similium, ut axiomaticum iudicium est veritatis & falsitatis, syllogisticum consequentia & inconsequentia, sic methodicum ordinis & conclusionis. axioma siquidem iudicatur aliquid esse vel non esse. Syllogismo esse consequens vel inconsequens. methodo esse ordinatum vel confusum.

Vt per se clarius precedat.) Methodi summa generaliter his paucis verbis continetur, per se clarius precedat, & hoc significarunt antea verba in definitione, pro natura sua claritate praepositorum. Itaque methodus, ut ait Plato in Philebo, praecepto quidem facilis est, usu autem perdifficilis. Sic disponetur ex homogeneis.) Ex summa definitione posita concluditur summa ἀποδείξις seu demonstratio methodi: Absolutè notiora debent precedere: universalia sunt absolutè notiora. Itaque universalia debent precedere. Propositio precedit ex sententia definitionis, gradus nempe axiomaticum distinguendos esse secundum gradus notitiae seu claritatis, quae duplex est, una absoluta, altera modo quodam. Absoluta est cum axioma est clarum notumque absolutè, id est, omnino & per se & suae naturae, ut paulò ante dictum est. At modo quodam notum est, quod alicui tale apparet. Absoluta igitur notitia est quae natu-

ra ac veritate talis est. Quodam modo autem,
 qua alicuius opinione duntaxat. Hæc distinctio
 celebratur ab Aristotele multis locis cum ait
 notius esse aliud τῆ φύσει, aliud ὑμῖν sed ea di-
 stinctio latius patet: omne siquidem ens ita di-
 viditur ut aliud dicatur ἀπλῶς seu φύσει om-
 nino & natura, aliud πᾶ modo quodam, vel
 πρὸς ὑμᾶς nobis. sic Aristoteles dividit, & phi-
 losophia, &c. Democrites ac reliqui veteres a-
 pud Galenum lib. 1. de elementis aliud φύσει a-
 aliud γόμο. Imò Aristoteles ipse, Ethicorum &
 secundo elenchorum. Ergo cum docendi initiū
 sumi debeat à notioribus. certè incipiendū fue-
 rit ab ijs, qua natura & verè talia sunt, non ab
 ijs qua alicui videantur notiora. secus nulla e-
 rit certa methodus: nam ut dicitur, quot capita
 tot sensus. Ideoque methodus ab univer-
 salibus.) Complexio sequitur ubi hypothesis il-
 la definitionis intelligenda est in methodo, axio-
 mata esse homogenea. Itaq, omnia sunt genera-
 lia vel specialia, id est, universalia, vel singula-
 ria: Tertium & medium nullum est, univer-
 sale porò & generale hic intelligitur, quod in-
 est in pluribus, ut Aristoteles definit multis
 in locis ac nominatim 4. cap. 1. de partibus ani-
 malium Sic animal magis est universale, quàm
 homo: Nam ubicunque est homo ibi & animal
 est non contra. Neg, tamen genus solum est hu-
 jusmodi, sed omnino quicquid patet latius. sic

litera magis universalis est, quã syllaba. Quia ubi syllaba est, ibi & litera, non contra. Itaque litera ut esse, sic doceri ac disci potest sine syllaba, hæc sine illa non potest. Deniq; ex axiomatis homogeneis universale & generale dicitur, q; potest intelligi sine alterius doctrina.

Hac enim sola & unica via.) Assumptio postrema est, quod universalia sint absolute notiora, quod axioma hic sumitur tanquam per se clarum, & probatum præcipue philosophis & ipsi imprimis Aristoteli multis locis, sed hanc tamen habet rationem, quia universale habet causam, ut Aristoteles affirmat 24. cap. 1. posteriorum, & antea dictum est 27. cap. lib. superioris, pagina 78. causa porro continet lucem & claritatem rerum ex ea deductarum, sicuti sol alijs causa est sue claritatis: Neque obsit quod universalis notio oriri dicitur a singularibus, ut si de parvo luminis facem accenderit, hæc tamen clarior fuerit: sic universale axioma quamvis inductione singulorum argumentum percipiatur, tamen ubi semel perceptum fuerit, clarior est & notius iisdem singularibus, ut lux quanto amplior & major fuerit, tanto est illustrior. Eamque solam methodum.) Hoc intelligitur ex multis Aristotelis locis, sed præcipui sunt in physica, primus locus est statim initio, ubi ait physicam esse ordiendam à causis, quia tum demum scimus cum causas tene-

nus. Secundus est 7. cap. 1. Physic. est enim se-
 cundum naturam primum communia dicere,
 & sic deinde quoq; propria considerare. Tertius
 est primo capite. 3. Physi. Posterior est conside-
 ratio propriorum consideratione communium.
 Quartus est. 9. cap. 2. de ortu. Facilius singula
 contemplantur, ubi primum sumpserimus de
 universilibus. Quintus est omnium clarissimus
 in lib. 1. de partibus animalium, ubi hac questio
 proprie tractatur, utrum inquit de unaquaque
 specie animalis seorsim & singulatim dicendū,
 an de communibus omnium communiter agen-
 dū: sunt. n. cōmunia speciebus omnīū per multa
 ut somnus, respiratio, incrementū, diminutio,
 mors, & alia generis ejusdem. Mox rejicit prio-
 rem viam à specialibus, quia ταυτολογίαν ad-
 junctam habet: manifestum, ait, quod particu-
 latim dicentes de multis dicimus sepe eadem.
 Nam canibus, equis, hominibus, inest unum-
 quodq; eorum, que diximus. Itaque si singula-
 tim de his dicat aliquis, cogetur sepe de ysdem
 dicere eadem. Tum rursus questio iteratur. I-
 taque oportet, ait, non ignorare, quomodo sit cō-
 sideranda, utrum communiter de genere pri-
 mum, deinde de specialibus, an verò statim de
 singulis. Capite autem quarto deinceps solutio
 questionis clarius exponitur: Neesse est, in-
 quit, uniuersalia prius dicere, aut sepe idem di-
 cere. Tandem concludit generalia communi-

rer, specialia propriè & singulatim dicenda esse, quo loco demonstratio quæstionis hæc continetur, aut à generalibus, aut à specialibus incipiendum Non à specialibus, quia fieret τὸ αὐτὸ λογία. Itaq; à generalibus incipiendum. Ergo his tot locis Aristoteles hanc solam methodum docuit. At proferuntur loci contrarij ipsius Aristotelis, quibus incipiendum esse docet ab iis, quæ sunt notiora nobis, qualia sunt singularia. Verum ij loci non loquuntur de ordinandis axiomatibus, sed de illustrandis, si quid obscuritatis habeant, quod sit inductione singularium exemplorum, adferuntur etiam tres aliæ methodi: ἀνάλυσις, συνθεσις, Definitio. Verum analysis non est methodus sed syllogismus, ut supra dictum est ad nonum caput. συνθεσις, si est (ut ajunt) discensus à summo ad infima, methodus nostra est à generalibus ad specialia, Definitio verò non est methodus sed argumentum. Methodus igitur vera & recta, & naturalis unica est.

CAP. 18.

De prima methodi illustratione per exempla Poëtarum, Oratorum, Historicorum.

Sed methodi unitatem exempla doctrinarum & artium præcipuè demonstrant præcipuè que vindicant; quibus quamvis omnes regulæ generales sint & universales, tamen earum gradus distinguuntur: quæ-

toq;

toq; unaquæque generalior erit, tanto magis præcedet. Generalissima loco & ordine prima erit, quia lumine & notitia prima est: subalternæ consequentur, quia claritate sunt proximæ: atque ex his naturâ notiores præponentur, minus notæ substituentur, tandemq; specialissimæ constituentur. Definitio itaq; generalissima prima erit: distributio sequetur: quæ si multiplex fuerit, præcedet in partes integras, partitio, sequetur divisio in species: partesq; ipsæ & species, eodem ordine sunt rursus tractandæ ac definiendæ, quo distributæ fuerint: & transitionum vinculis, si longior inter eas intersit explicatio, colligendæ sunt: Id enim auditorem reficit ac recreat. Atq; ut res familiarius accipiatur, exemplo quoque familiari nobis utendum est. Omnes definitiones, distributiones, regulæ Grammaticæ, repertæ sint, atq; unaquæq; sigillatim iudicata, omniaque hæc documenta, variis tabellis inscripta, una confundantur & conturbentur in hydria aliqua, ut in Olle ludo fieri solet: hinc si quæras, quæ pars Dialecticæ te doceat, has regulas ita confusas disponere & in ordinem redigere: primò locis inventionis nihil opus est, cum sint omnia reperta: neq; primo axiomatis iudicio, cum unumquodque axioma probatum & æsti-

marum sit: neque secundo syllogismi iudicio opus, cum sint omnes singularum rerum controversiæ his de rebus disceptatæ & conclusæ: sola methodus superest. Dialecticus igitur lumine methodi artificiosa, feliget in hac urna definitionem Grammaticæ (id enim est generalissimū) & primo loco statuet: Grammatica est doctrina bene loquendi. tum requirit in eadem urna partitionem Grammaticæ: & collocabit secundo loco: partes Grammaticæ sunt duæ: Etymologia & syntaxis. Deinceps in eodem vase definitionem Etymologiæ de vocibus separabit, & tertio gradu antecedentibus adjunget: tum vocis partes in literis & syllabis, speciesq; in vocibus numeri & sine numero requirit, exituumq; transitiones suis locis collocabit. Atq; ita omnium etymologiæ partium definitiones, distributiones, colligationes, exempla denique specialissima in singulis disponet. Idemque in Syntaxi faciet. Hanc viam omnes artes sibi proposuerunt.

Generalissima loco & ordine.) Gradus methodici sunt, qui generi & speciei attribuntur, generalissimum, subalterna, & specialissima, id est, primum, intermedia, ultima, ut monuimus 27 cap. lib. 1. Hinc egregia comparatio est Platonis in Phædro, disputationem omnem debere

debere esse instar animalis è capite primo. Inter
medijs membris & extremis pedibus, qualis
fuit & Horatij initio libri de arte poetica.

Definitio itaq; generalissima.) Definitio
& distributio præcipuas partes obtinent in me-
thodo, quibus tum causæ & effecta, tum subje-
cta & propria adjuncta, seu præcipua affectio-
nes, seu proprietates comprehenduntur, quod
idem Plato pulcherrimè tradidit in Phædro,
duas ideas spectandas esse in methodo, unam
definitionis, alteram distributionis. Atq; huic
methodo tribuit duas maximas laudes, eloquē-
tiam & sapientiam, hominemq; methodicum
istò modo appellat Dialecticum, atq; etiam ve-
luti Deum quendam inter homines. In Phile-
bo idem paulò amplius traditur. Primum nem-
pe statuendam esse unam ideam, quæ est ge-
neralis definitio, deinde duas pluresve ide-
as sic appellat distributionem in duas pluresve
partes. Tertio unamquamq; istarum partium
rursus similiter & definiendam & distribuendam,
omninoq; intermedia omnia sic persequē-
da, donec ad ultimam infinitatis ideam ven-
tum sit, id est, ad exempla specialia, quæ Ari-
stoteles appellat individua, quorum est infinita
multitudo, ideog; hanc ideam Plato jubet præ-
termitti, tandem concludit, hanc methodum
esse deorum donum. Et transitionum vin-
culis.) Transitio constat epilogo antecedentis

disputationis & propositione sequentis: Itaque in logicarum partium explicatione commodissimum fuerit hoc tanquam vinculum membrorum, tum ad intelligentiam auditoris, tum ad recreationem cum admotione, quid actum sit quid deinceps agendum, ut etiam viator videt quantum itineris confectum sit, quantum supersit, ut est apud Quintilianum cap. 4. lib. 5. Quam similitudinem antea usurpaverat Demetrius Phalereus in lib. 2. *Ἐπευελθεῖς*.

Atque ut res familiarius.) Methodi hypothesis est hæc, quod axiomata singula debent ante esse inventa & iudicata, quam ad methodum adhibeantur, quia natura ordine inventio præcedit, iudicium sequitur, & è iudicii gradibus primus gradus est axiomatici iudicii: Secundus, Syllogistici: Tertius & ultimus methodi: Itque ad ultimum non peruenitur, nisi per antecedentia. Quare axiomata methodo disponenda, oportet non solum antea inventa esse, verum etiam suo vel syllogistico iudicio iudicata. Denique nota esse debent, sicuti methodi definitio postulavit: ignotorum enim ordo frustra quereretur. At ubi methodo ritè disposita fuerint, ipse ordo erit pro demonstratione, antecedentia siquidem erunt causa consequentium, atque ita hæc ab illis lucem accipient.

Partes Grammaticæ sunt duæ.) Dichotomia hæc vera est. Si enim in sermone partes
Summa

summe & Principes sunt vox & oratio, veluti materia & forma. nam Profodia & orthographia, que vulgò adduntur, non sunt partes, sed adjuncta partium, ut in literis potestas & figura, in syllabis quantitas & colligatio, in voce accentus & notatio, in oratione interpunctionum pronuntiatio & scriptio.

C A P. 19.

De Secunda Methodi illustratione per exempla Poëtarum Oratorum,

Historicorum.

Atqui methodus, non solum in materia artium & doctrinarum adhibetur; sed in omnibus rebus, quas facile & perspicue docere volumus: ideoq; Poëta, oratores; omnesque omnino scriptores, quoties docendum sibi auditorem proponunt, hanc viam sequi volunt; quamvis non usquequaque ingrediantur atque insistant. Virgilius in Georgicis distribuit propositam materiam in quatuor partes, ut antè dixi: primoq; libro res communes persequitur, ut Astrologiam, Meteorologiam, deque segetibus & earum cultu differit, quæ pars operis prima erat. tumque transitio adhibetur initio secundi libri:

Hactenus arborum cultus & sydera cœli,

Nunc te Bacche canam.

Deinceps scribit generaliter de arbori-

bus, tum specialiter de vitibus. Transi-
tio secunda adhibetur ad tertiam partem; sed
imperfectior & sine epilogo. Tertii libri
initio de bobus, equis, ovibus, capris, cani-
bus:

*Te quoq; magna Pales, & te memorande cane-
mus.*

Pastor ab Amphryso.

Tandem initio quartilibri transi-
tio est de quarta parte, sed item imperfecta
è sola propositione de apibus:

Protinus acrim mellis sylvestria dona

Exequar. ———

Sic igitur Poëta generalissimum primo,
subalterna medio, specialissima extremo
loco ponere studuit. Sic Ovid, in Fastis, di-
spositionis hujus gratiam sequitur: propo-
suit initio summum operis:

*Tempora cum caussis Latium digesta per annu,
Lapsaq; sub terra ortaq; signa canam.*

Mox imploratione facta, partitionem
anni statuit, factam à Romulo primùm in
decem menses, quam reprehendit:

*Tempora digereret cum cōditor urbis, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.*

Et paulò post Numæ divisionem plenio-
rem adjungit: (brar.

*At Numa nec Ianum, nec avitas praterit um-
Mensibus antiquis preposuitq; duos*

Denique

Deniq; Poëta communes differentias interpretatus diei fasti, nefasti, comitalis, nūdinalis, calendarum, nonarum: iduum, tum attri; tandem unumquemque mensem suo loco prosequitur, & præfatione ordinis hujus à generalibus ad specialia studium indicat:

Hac mihi dicta semel, totis harentia fastis,

Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.

Tandem singulis partibus expositis transitio conjungitur. ut in fine 1. & initio 2.

Sed jam prima mei pars est exacta laboris,

Cumq; suo finem mense libellus habet.

Ianus habet finē, cū carmine crescat & annus:

Alter ut ut mensis, sic liber alter eat.

In singulis libris postea transitiones adhibentur, sed minus accuratè. Oratores in proemio; narratione, confirmatione, peroratione hunc ordinem affectant; eumque artis & naturæ & rei ordinem appellant, & interdum studiosius affectantur: ut in accusatione Cicero primùm proponendo, tū partiendo, Quæstor (inquit) Cn. Papyrio Coss. fuit; ab hinc annos quatuordecim, & ex illa die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco, hora nulla vacua furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. [Propositio hîc & definitio summæ rei est, tanquam in hoc iudicio generalissima. Partitio sequi

tur : Hi sunt anni consumpti in Quæstura & legatione Asiatica , & Prætura urbana & prætura Siciliensi : quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Quas partes quatuor, earumque partium particulas, deinceps suo quamque ordine & loco tractavit, & transitionibus copulavit, tres primas tertio libro : Quamobrem (ait) Quæstura istius demonstrata, primiq; magistratus & furto & scelere perspecto, reliqua attendite. Tum verò expositis legationis criminibus, transitio ad Præturam sequitur : Verùm ad illam jam veniamus præclaram Præturam, criminaque ea, quæ notiora sunt his, qui adsunt, quam nobis, qui meditati ad dicendum, paratiq; venimus. Transitio hæc imperfectior est sine epilogo : tandem principio quartæ orationis transitio est consimilis ad quartam partem de Prætura Siciliensi : Multa mihi necessariò, iudices, prætermittenda sunt; ut possim aliquo modo de iis rebus, quæ meæ fidei commissæ sunt, dicere : recepi enim causam Siciliae : ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Sic Livius summam septingentorum annorum initio complectitur, tum per decades dividit.

Atqui methodus non solum.) *Dialectica est commune instrumentum differendi de qua-*

vis materia, ut initio diximus, quare & partes
 eius communes sunt: Argumentum cuius vis
 rei arguenda & explicanda axioma, enuntian-
 da, syllogismus concludenda, methodus ordinā-
 da, si methodici ordinis capax fuerit. Hanc viā
 sequi volunt.) Socrates in Philebo Platonis
 ait, se methodici ordinis perpetuo studiosum
 fuisse, sed persape eam assequi non potuisse. Idē
 amor in omnibus hominibus vel dicentibus,
 vel scribentibus apparet, sed saepe illis accidit, ut
 Socrati, ut amore suo non potiantur. Primo-
 que libro res communes.) Astrologia est do-
 ctrina de astris. Meteorologia de tempesta-
 tibus, ut pluvia, grandine, nive, ceterisq; rebus
 qua in sublimi aere fiunt. Quare doctrinarum
 particulas quasdam sumsit ad instituti operis
 rationem Poeta. Vt Astrologiam, meteorolo-
 giam.) Generalissimum fuit astrologia sub-
 alterna meteorologia, segetes arbores, vites,
 specialissima pecudes & apes. Primum enim si-
 ne reliquis cognosci potest. Tempora cum
 caussis Latium.) Propositio hæc est quædam
 definitio, proponit enim summam quid dicen-
 dum sit. Talis definitio seu propositio est in Æ-
 neid: arma virumq; cano. Et sic initio dicendi
 aut studendi, definitio prima est cum summa
 rei proponitur, id est, dicam dies & menses an-
 ni Romani cum suis caussis. Item ortus est, oc-
 casus, syderum. Hæc mihi dicta semel.) Id

est, hæc à me dicta erunt semel, quia hærent & communia sunt generaliæque totis Fastis. Id lex καθόλου πρῶτων præcepit, generaliæ generaliter & semel dicenda esse, quod ipsum methodico ordine obtinetur, ut res quæq; semel tantum dicatur. Ne feriem rerum scindere cogar.) Aristoteli commodum nisi à generalibus ad specialia præcedatur antea fuit ταυτολογία. Nunc Poëta alterum est ordinis perturbatio et confusio. Oratores in præcæmio.) Cum oratores perspicuè docere volunt, initio summam quandam rei totius proponunt: deinde simplex ea sit, in certa capita dividunt, quæ deinceps singulatim pertrahunt atq; confirmant: ut patet è Ciceronis locis compluribus. Ideo Aristoteles 13. cap. 3. libri ad Theodectem duas tantum partes necessarias & proprias ait esse orationis, πρῶτον καὶ τῆσιν propositionem & confirmationem cetera quæ auditoris conciliandi & flectendi gratia adhibentur proximo capite appellat ἰατρῆματα medicamenta quo extra rem assumta ad personam accommodantur. Quare ad docendam oratoria methodum alia nulla est, quam initio summam rei universam complecti, deinde partes singulatim exequi, ad movendum autem multa & initio & medio & fine adduntur, aut detrahuntur, aut immutantur, de quibus dicitur in anomalia methodi proximo capite. Ergo si de partibus orationis requiritur

requiris, non Rhetorica, sed logica tibi respondebit, duas tantum necessarias & proprias esse. Propositionem & definitionem, & partium distributionem explicationemq̄, quibus ferè respondebit narratio & confirmatio: Ceteræ ut præmium & peroratio, quæ auditoris dūtaxat gratia adhibentur ad anomoliam methodi spectant; quæ tota est ferè in oratoris prudentia & iudicio. In præmio narratione, confirmatione.) Sic Tullius 2. De oratore: nam ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus, post ut eam probemus nostris præsidij confirmandis, contrarijs refutandis, deinde ut concludamus atque ita peroremus. Hoc dicendi genus natura ipsa prescribit.

Quæstor, (inquit) Cn. Papyrio Cos.) Septem libri sunt Ciceronis in Verrem quorum duo præcedunt accusationem, quia reliqui continent accusationem: Itaq̄, tertio libro qui primus est; accusationis hac propositio & partitio adhibetur, eodemque libri tres primæ partes explicantur, quarta pars in reliquis quatuor libris differitur. Sic Livius summam leptingentorum.) Historia res plerunque dissipatas & dissimiles complectitur, at tamen hac quoque dum temporum gradus sequitur, viam illam à generalibus ad specialia indicat. Nam ex homogeneis priora tempora sunt, etiam magis generalia, ut raptus Helena quàm Troja excidij:

quia ille huius causa fuit, atq; etiam in hiftorica proponitur aliquando & Summa & diftribuitur, ut fecit Livius & multò elegantius Florus. Sic mundi hiftoria dividitur è quatuor præcipuis monarchijs, Affyriorum, Perfarum, Græcorum, Romanorum.

CAP. 20.

De Crypticis methodi.

Hæc igitur in varijs axiomatis homogeneis fuoq; vel fyllogifmi iudicio notis methodus erit, quoties perfpicuè res docenda erit: At cù delectatione motùve aliquo majore, in parte aliqua fallendus erit auditor; homogenea quædam rejicientur, ut definitionem partitonum, transitionumque lumina: quædam affumentur heterogenea, velut digreffiones à re & in re commorationes; fed præcipuè rerum ordo initio invertetur; antecedentiæque nonnulla confequentibus poftponentur. Itaq; ad illam perfectæ methodi regulam hæc alicubi imperfectior forma non folùm detractis rebus mutila eft, vel superadditis redundat; fed ordinis fuis quibufdam gradibus inverfis præpoftera eft. Quod Poëta facit majore quadam artificij fpecie, dum populum ducendum fibi proponit, id eft, belluam multorum capitem; ideoq; varijs modis decipit. incipit è medio, ibiq; primum sæpe com-

comprehendit, postremum, deniq; incerto aliquo & inopinato casu concludit. Sic (ut Horatius ait) *Homerus Iliada disposuit. Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo: Semper ad eventum festinat, & in medias res Non secus ac notus auditorem rapit: & quæ Desperat tractata nitescere posse, relinquit. Atq; ita mentitur sic veris falsis remiscet, Primo ne medium, medio ne discrepet unum.*

Sic Virgilius Æneam à Sicilia excepit, & in convivio Carthaginis præterita narrantem fecit: postrema varijs perturbata casibus induxit. Sic Comici poëtæ tametsi magno judicio comœdias per actus & scenas distinguunt, efficiunt tamen ut omnia fortuita videantur. Oratores verò ad victoriam omnia referunt. Itaq; non tam docendi, quàm permovendi gratiâ firmissimum quodque primum ab iis collocatur, dum tamen ea quæ æquè excellunt, servantur etiam ad extremum, & Homericæ dispositione mediocria in mediam turbam atque in gregem conferantur.

De Crypticis methodi.) *Hactenus methodus fuit unica & communis doctrina & perspicuitatis via, sequitur anomalia methodi, quæ in Poëmæte, oratione, altercatione est, quædam veluti delectationi & motus & doli latera: unde xῖϛ hac dicitur methodica, ut*

antea fuit syllogistica. Hæc dicta est methodus prudentiæ, verum hic non est proprie methodus, sed methodi quedam inversio, qua tamen non accidit in toto dispositionis corpore sed in parte aliqua, ut mox dicetur. Hæc igitur in variis axiomatis.) Hæc dua fuerunt antea hypobeses methodi, una ut axiomata methodo ordinanda sint homogenea absolute, aut modo quodam. Altera ut sunt nota & manifesta vel per se, vel ex altero aliquo argumento. Atque ubi omnia sic ordinata fuerint, ipsa methodus erit, instar omnis demonstrationis, ut supra diximus siquidem antecedentia erunt cause consequentium, omninoq; ut in aurea Homeri catena sic in hac methodo omnia inter se erunt apta & nexa alia ex alijs, ut nihil firminus aptari possit. At cum delectatione motive.) Definitio quedam methodica regiæ hic adūbratur ex ejus causis, nempe affectibus ad calandum & fallendum auditorem, ut anomalia hac desuiri possit methodi inversio cum affectibus ad fallendum auditorem. Hoc autem sit διατίθη ἀκούετο μοῦ χθίστου, ut Aristoteles ait 1. & 17 capitulum 2. Rhetoricorum. Porro ad fallendum pertinet affectus quibus impellitur voluntas auditoris, sicut argumentis informatur intelligentiarum: alij lenes sunt delectationes græcis vocatur ἡδον. alij vehementes sunt majores motus & appellantur πάθος, utriq; in Poësi mirifice apparent.

rent, sed præcipuè in comœdia & Tragedia unde priores illi comici dicuntur, posteriores Tragicæ ista laude oratores proximi sunt Poetis. Affectuum autem movendorum ars est Rhetorica, quæ Dialecticas orationes ornat ac vestit ita ut delectent & commoveant. Neq; aliud est Dialecticum opus bene differere, nisi docere, neq; Rhetoricum bene dicere, nisi delectare & commovere. Quanquam affectuum doctrina partim sit Physica de animo, partim Ethica de expetendis & fugiendis omninoq; de bonis & malis. In parte aliqua fallendus erit.) Methodi perversio, hæc nunquam tanta potest esse, ut omnia sursum seorsum misceantur & ab ultimis ad prima, & à specialibus ad generalia fiat regressio, sed perversio erit in parte aliqua non in universo corpore, ut ante attigimus & mox speciatim fiat clarior. Homogenea quædam rejicietur.) Partitio methodica $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\epsilon\upsilon\sigma$ deinceps quædam comprehenditur in Ellipsi & redundantiâ partium, itemque in ordinis inversione, qualis in syllogismo etiam apparuit, ut enim Enthymema syllogismo detraxit, pro syllogismus addidit, ordog₃ partium sepe inversus est, sic nunc $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\epsilon\upsilon\sigma$ hæc methodica legitime illi perfectaq; methodo detrahit quædam necessaria, ut Definitiones, Partitiones, Transactiones, alia non necessaria adjungit, ut digressiones, commorationes: deinde Hysterologiam

quandam partium praesertim, initio efficit. El-
 lipsis methodica detrahit omnino id quod nocet.
 Porro, quid, ubi, quantum detrahere conve-
 niat Prudentia est: Res, persona, locus, tempus,
 consilium dabit. Interdum lumina rerum tol-
 lentur, ut Definitio vel partitio, vel transitio,
 qua de re Quintil. 5. cap. 4. lib. Est, aut, non-
 nunquam dum propositio, quam iudex prae-
 det, non aliter reformidanda, quam qui ferrum
 medici priusquam curetur, aspexit. Interim
 refugienda non modo distinctio questionum
 est, sed omnino tractatio, affectibus perturban-
 dus & ab intentione auferendus auditor. Non
 enim est solum oratoris docere, sed plus elo-
 quentia circa movendum valet, cui contraria
 est maxime tenuis illa & scrupulosa in partes
 sectae divisionis diligentia, eo tempore quo co-
 gnoscendi iudicium conamur auferre. Hae
 Quintilian. Aliquando res ipsa praeteren-
 dae sunt, ut ait, Tullius 2. de Orat. Duo inquit,
 mihi sumo, unum ut molesto aut difficili argu-
 mento, aut loco non unquam omnino nihil res-
 pondeam confiteorque me, si qua premar res
 vehementius ita concedere solere, ut non modo
 non abjecto, sed ne rejecto quidem scuto fugere
 videar, sed adhibere quandam in dicendo spe-
 ciem atque Pompam & similem pugnae fugam
 consistere verò in medio presidio, sic ut non fu-
 giendi hostis, sed capiendi loci causa cessasse,
 videar.

videar. Alterum est illud quod ego oratori maxime cavendum, & providendum dico, quodque me sollicitare summò solet, non tam ut prosum causâ elaborare soleo, quam ut ne ob-
 sim. Non quin enitendum sit in utrumque, sed tamen multo est turpius Oratori nocuisse videri causâ quam non profuisse. Hæc Tullius de rerum præteritione. Quod tamen de parte aliqua non de toto universo disputationis corpore intelligendum est. Nam si res tota prætereatur, methodus quidem nulla ejus erit. Ac si quando id fiat, non ad dispositionis, sed ad inventionis prudentiam referendum est, ut cum omiſsa re dicimus de persona sic Cicero à Potilio accusatus criminibus non respondit sed de suis erga Rempubl. meritis copiose dixit, ut est apud Livium lib. 38. vel cum de re proposita nihil dicimus, sed parem aliam reponimus. Quare Ellypsis methodica non est totius rei omiſſio sed partem alicuius, ut in Enthymemate. Atque ut in perfecta methodo propositio, Partitio, Trãsitio, præcipuam laudem obtinent, si in hac anomalie continuatæ erunt vitiosæ. Quædam assumuntur heterogenea.) Redundantia est in digressione & Tautologia. Hæc à Rhetoribus appellatur commoratio, quando idem aliter atq; aliter iteratur & tractatur quod videlicet magni sit momenti. Redundantia & Ellipseos simul locus est apud Ciceronem 2. de Oras: Mea ora-

zio, inquit, in dicendo hac esse solet. ut boni quod habeat causa id amplectar, exornem, ibi commorer, ibi habitem, ibi heream: à malo autem vitioq, causa ita recedam, non ut id me defungere appareat, sed ut totum illud bono illo exornando & augendo dissimulatum obruatur. Ergo digressio & Tautologia hic inter virtutes habentur, quæ alias essent vitia. Sic mutato auditoris ingenio tanquam stomacho, eadem modo salubria, modo sunt venenata.

Sed præcipuè rerum ordo.) Hac ordinis inversio (ut ante attigimus) quarundam partium est, non omnium, & initio fere accidit, ut exempla mox indicabunt. Sic hystero-logia hic laudatur, quæ alias est vitiosa.

Itaque ad illam perfectæ.) Concluditur anomalia Methodica per epilogum.

Quo d Poëta facit majore.) Species duæ sunt & sequuntur anomalia methodica Poëtica & Oratorica. Incipit à medio ibiq; primum.) Poëtica κείψις est ex medio facere initium, illiq; hoc subungere. Deinde postremum natali aliquo casu concludere. Ergo cum imperfecta methodo dicantur, prima primo loco, media medio, ultimæ ultims, hic media primo loco dicuntur prima media.

Næc gemino bellum Trojanum.) Poëtica Crÿpseos exēpla deinceps sunt è principibus Poëtarum. Homerus ab Aristot. in libro de Poëtica

Poëtica dicitur θεωρεσις divinus præceteris Poëtis, quod bellum Trojanum aggressus constans principio & medio & fine non totum complexus sit, sed prima & postrema quadam amputaverit, partem tantum insigniorem defumserit ceterarum partium, multa fecerit ἐπισοδικά, digressiones, ut navium, catalogum & cetera, idem artificium Horatius interpretatur, quod non inceperit à principio, sed à medio, quod partes quasdam omiserit, quod denique rectè & decenter mentitus sit.

Orditur ab oro.) Methonymia, id est, ab ortu Helena, quæ fuit prima causa belli, Helenam autem fingit natam ex ovo, quod geminū peperit Leda ex Iove in Cynum mutata. Homerus autem non incipit à principio initio, ut ab ortu Helena. Semper ad eventum festinat.) Prima laus Homericæ artificij mutatur, quod non inceperit à principio, sed à medio ac pone extremo, cum enim tota Ilias fuerit decem annorum Homerus eam incepit à nono anno & quidem ab ira Acchillis quæ hystorologia tamen secundo libro terminatur. Reliqua, ut de belli apparatu & de varijs prælijs atque eventis in reliquis libris directam methodum habent. Atq; in hac tamen Hystorologia generalis quadam propositio fuit initio. Iram canem mihi dea Polida Acchillis.

Et quæ desperat tractata. Secunda laus est

quod partes quasdam omiserit, id etiam Aristot. antea notaverat. Atque ita mentitur sic veris.) Tertia laus est quod recte & aptè mentitus sit: quam laudem Aristoteles quoque notavit in eodem libro: Docuit, inquit, Homerus ceteros maxime mentiri ut decet: materies enim poematis est fabula quedam, alioqui si poeta describat historicam, ut Lucanus aut doctrinam ut Empedocles poeta non videbitur, ait ibidem Aristoteles.

Sic Virg. Æneam à Sicilia.) Virgilius cum describeret quemadmodum Æneas Troja eversa venerit in Italiam, non incipit ab excidio Trojano, quod ordine rerum primum erat, sed facit eum pervenisse in Siciliam, qua erat fini proxima, & inde orditur navigatione, qua cum brevissima superesset in Italiam fingit Poeta tempestatem qua Æneas abripitur in Africam & excipitur à Didone qua est summa primi libri. huic per occasionem in convivio Didonis narrantur præterita. Primum nempe excidium Trojanum, secundo libro, deinde navigatio à Troja per varios errores in Siciliam tertio libro. Quartus liber est ἐπιτόδιον & digressio de amore Didonis, Item ferè quintus liber de ludis funebribus Anchisæ, & sextus de descensu ad inferos, Septimus tandem continet finem navigationis & initium belli Latini, quod reliquis libris facit mixtum & turbatum

mare persequitur. Atque ut Homerus Iliada morte Hæctoris. Sic Virgilius Aneida morte Turni finiuit. Ergo uterq; poëta corpus uniuersi poematis à capite per membra ad imos pedes deduxit, viamq; à generalibus ad specialia tēdit, sed in partibus fuit anomalia per Ellipsin quarundam partium initio & fine & ἐπιτομῆς & τοῦ redundantiā, deniq; per historologiam mediolorum qua tamen ut Homericæ illa lib. 2. terminata est. Sic comici Poëtae tametsi.) Poëta comici & tragici fabula tres partes faciunt, πρότεσι, ἐπίτασι, κατὰσσοφίην, id est, propositionem, periculū & exitum, que sunt Aristoteli ἄριστος καὶ λύσις notus & solutio. Latini præterea distinxerunt in actus & scenas. Summa tamen est in eo ut omnia fortuita & inopinata videantur. Itaq; rerum ordinem non tenent, sed prima medio, media primo miscent neque ordinem sequuntur intelligentia, sed voluptatis & gratia. Non enim tam auditoris intelligentia quam voluptati studens.

Oratores verò ad victoriam omnia. Hactenus crypsis Poëtica, deinceps est Oratorica, cuius summum præceptum est, firmissima primo & ultimo loco, infirma medio collocare, q; notatur à Tullio. 2. de orat. & Quintili. 12. lib. 5. talis ordo Nestoris est apud Homerum Iliad. 8. ubi equites præcedunt, leuior armatura sequitur, extremi sunt valentiores. Atque hæc

*hystorologia est in ordine rerum, in rebus autē
 ellipsis quarundam & redundantia aliarum,
 ut digressiones & commorationes communes
 sunt his cum Poetis: Propria autem fere sunt
 hac: præmio auditorem conciliare, peroratio-
 ne commovere. Itaq; ad odiosam causam insi-
 nuatione utuntur, cujus insigne est exemplum
 apud Ciceronem 2. Agraria. Cum initio, vel
 gratias agere tantum statueret, se popularem
 fingit, qui tamen de industria accedit ad popu-
 li causam subvertendam. Ergo hac præcipua
 crysis est oratorum. Hinc etiam adjungi potest
 crysis altercatoria, cujus usus est in Dialogis
 quo ingenio Socrates excelluit, ut constat ex
 Platone & Xenophonte. De hac crysi potissimum
 præcepit Aristot. 10. cap. 2. priorum & 2. cap. 8.
 Topici & 14. cap. Elenchorum. 1. Præcepta au-
 tem ferè sunt duodecim. Primum conclusionē
 non aperire. & Secundo, necessaria non statim
 proponere, sed quam longissimis prosyllogismis
 antecedentium & valde perspicuorum repe-
 re per definitionem conjugatorum, per parabo-
 lam, per aliquot partium, vel omnium indu-
 ctionem Tertium, à medio incipere. Quartum
 non continua axiomata accipere, sed permuta-
 re. Quinto, longum facere & interponere ad-
 rem nihil pertinentia. Sextum, celerantem irā,
 contentionem permiscere & omnia audacius
 agere. Septimum, proponere velut alterius rei
 gratia,*

gratia & in re pari. Octavum, contrarium
 comparare. Nonum, sibi ipsi interdum resistere.
 Decimum, vulgare & tritum id esse dicere.
 Undecimum, non sollicitè agere. Duodeci-
 mum, denique quod precipuum est querere,
 quodque imprimis positum esse oportuit. Postre-
 mum ita dicere, ut adversarius perturbatus
 dicat quorsum hæc? hætenus Aristoteles de
 crypticis altercatorijs, quorum exempla in So-
 craticis dialogis observanda erunt, quale illud
 fuit Eschinis, Socraticis superiore libro 18.
 cap. ubi conclusio occultatur, & antecedens per
 parabolam colligitur. Qua de re & præclarè
 Rodolphus Agricola 15. cap. 3. libro. sed hic
 communia quadam sunt Poetarum, ut Ter-
 tium, Quartum, Quintum, Sextum, Duode-
 cimum. Cetera etiam Oratoris ut Ciceronis
 2. Agrar. Insinuatio illa cuius paulo ante me-
 minimus ad primum Aristotelis crypticum
 pertinet. Idem in epistola ad Quintum fratrem
 cum præcepta ei daret de administranda pro-
 vincia, simulat se impudenter id fecisse, sed ne-
 scio, inquit, quo pacto ad præcipiendi rationem
 delapsa est oratio mea, cum id propositum mihi
 initio non fuisset. Hoc exemplū, Septimi, Noni,
 & undecimi fuit. Sextum verò de affectibus in
 omnibus Ciceronis orationibus perspicitur. Se-
 cundi & primi exemplū est præclarū in Eunni-
 cho Teren. act. 1. scen. 2. cū Thais haberet duos

amatores Trafonem & Phadriam, illius gratia hunc dies aliquot excudere cuperet, principio nullum propositi signum dedit. Sed longa narratione prosyllogismum consilij sui altius repetiuit. Tandem cum sensit mitigatum adolescentis animum, id amabo adiuua me, quo id faciat facilius. Sine illum priores partes hosce aliquos dies apud me habere: tum scilicet postremum posuit, quod si nullus affectus obtuisset, primum esse debuerat. Tam callide autem mulier rem dissimulauerat, ut tandem adolescens exclamarit, captum se esse indicans: Atego nō sciebam quorsum tu ires. Ergo hec stratagemata communia sunt Poëtarum, oratorum, alitercatorum, sed usus est suus cuique pro instituti ratione & commodo, qui quidem usus in eorum scriptis magnus apparebit sed multo maior apparebit in negotijs hominum quot annis, in quibus hec insinuatō callida (Si quid ei qui nolit persuadendum sit) facile Principem locum obtinebit.

F I N I S.

